DE GEMINATIONE

FIGURA RHETORICA

MNIBUS EXEMPLIS ILLUSTRATA, QUAE
FABULIS PLAUTINIS ET TERENTIANIS
AFFERRI POSSUNT.

SCRIPSIT

J. Æ. WARTENA.

GRONINGAE, IN AEDIBUS J. B. WOLTERS, MCMXV.

DE GEMINATIONE

FIGURA RHETORICA

OMNIBUS EXEMPLIS ILLUSTRATA, QUAE E FABULIS PLAUTINIS ET TERENTIANIS AFFERRI POSSUNT.

SCRIPSIT

J. Æ. WARTENA.

GRONINGAE, IN AEDIBUS J. B. WOLTERS, MCMXV.

DE GEMINATIONE.

DE GEMINATIONE

FIGURA RHETORICA

OMNIBUS EXEMPLIS ILLUSTRATA, QUAE E FABULIS PLAUTINIS ET TERENTIANIS AFFERRI POSSUNT.

SPECIMEN LITTERARIUM INAUGURALE, QUOD ANNUENTE SUMMO NUMINE EX AUCTORITATE RECTORIS MAGNIFICI **E. D. WIERSMA**, IN FACULTATE MEDICA PROF. ORD., AMPLISSIMI SENATUS ACADEMICI CONSENSU ET NOBILISSIMAE FACULTATIS PHILOSOPHIAE THEORETICAE ET LITTERARUM HUMANIORUM DECRETO PRO GRADU DOCTORIS SUMMISQUE IN LITTERARUM CLASSICARUM DISCIPLINA HONORIBUS ET PRIVILEGIIS IN ACADEMIA GRONINGANA RITE ET LEGITIME CONSEQUENDIS PUBLICO AC SOLLEMNI FACULTATIS EXAMINI SUBMITTET

JOHANNES ÆSCHYNUS WARTENA,

NATUS IN PAGO GROUW.

ANNO MCMXV, KALENDIS IUNIIS, HORA IV.

GRONINGAE, IN AEDIBUS J. B. WOLTERS, MCMXV.

Typis J. B. Wolters.

MANIBUS PATRIS.

Hunc libellum in lucem emissurus libenter occasionem arripio gratias agendi tibi clarissime van Wageningen, *promotor aestumatissime, pro eximia comitate qua tirocinium meum adiuvisti et auxilium mihi praebuisti in componendo hoc opusculo. Qua humanitate hunc libellum foveris numquam obliviscar.*

Vobis autem clarissimi Vollgraf *et* Böhl *gratias ago pro benevolentia quam mihi praestitistis.*

Viris quoque clarissimis Boissevain, *iam Amstelodamensi,* Heymans Symons, *quorum lectionibus diutius brevius interfui testimonium animi grati offero; nec minus clarissime* Matthes *tibi, iam rude donato, qui in Universitate Amstelodamensi amore linguae Hebraicae me imbuisti, et tibi clarissime* Salverda de Grave *multa me debere profiteor.*

Valde autem doleo me viro clarissimo Hermanno Polak, *praeceptori carissimo, vivo iam gratias debitas agere non posse. Quod autem vivo non possum, manibus eius libenter solvo.*

Etiam comitatem modesti et amabilis viri clarissimi van den Ham *morte acerba iam nobis erepti semper grato animo recordabor.*

Postremo, amicissime collega Smilda, *quod tu pro tua modestia me facere non cupis, me gratus animus facere cogit, ut hoc loco proloquar quam bene singulari tua doctrina et officio de me et de libello meo merueris.*

INDEX.

PRAEFATIO.

Commotus oratione Birtii[1]), qui de verbis geminatis 'valent valent' agens de geminatione nondum omnia esse dicta contendit, hanc rem iterum tractare constitui. Perlectis enim, quae Pottius[2]) et Woelfflinus[3]) de eodem argumento scripserunt, Birtium recte iudicasse mihi facile persuasi. Pottius enim exempla e multis linguis totius orbis terrarum petita collegit, perpauca tamen e lingua Latina, Woelfflinus autem totam linguam Latinam contemplatus exempla praesertim e Plauti et Terentii fabulis contulit, sed neque omnia congessit, neque ex exemplis collectis quid efficiendum esset, recte perspexit. Nonnumquam enim divisiones ab eo institutae inter se pugnant atque adeo summa eius disputationis mihi probari posse non videtur. Praeterea divisiones ipsae mihi minus recte factae videntur neque ita ut res ipsa et vis geminationis dilucide illustrentur. Qua de causa operae pretium esse existimavi rem iterum tractare, sed ita ut non describam, qualis fortuna et sors geminationis per omnes litteras Latinas fuerit, sed ut ex exemplis e prisco Latino sermone collatis[4]) intellegatur, quae vera vis in geminatione insit et quid ψυχή nostra hac figura significare studeat, hac in re ductus legibus psychologiae, quas viri docti hactenus nimis neglexisse videntur.

---

1) *Th. Birt*, Archiv f. l. Lex. II, p. 171 (1900): 'Denn A. F. Pott, Doppelung 1862, Wölfflin Sitz. Ber. d. bayr. Ak. 1882, Stolz 439f geben durchaus nicht alles, was sich darüber sagen liesse'. Denuo de eadem re egit atque ad eius tractationem adhortatus est, Erklärung des Catalepton (1910), XIII 5 (p. 153): 'valent valent'.

2) Aug. Fr. Pott, Doppelung (Reduplikation, Gemination) als eines der wichtigsten Bildungsmittel der Sprache, beleuchtet aus Sprachen aller Welttheile, Lemgo & Detmold, 1862.

3) Ed. Wölfflin, Sitz. ber. der philos.-philolog. und hist. Classe der k. b. Ak. der Wiss. zu München, I, 1882.

4) Quae apud Ennium, Lucilium, Catonem aliosque scriptores priscos geminationis exempla occurrunt, perpauca sunt et ita verborum contextu abrupto tradita, ut haud idonea sint, quae hoc in opusculo commemorentur.

CAPUT I.

Quid vox geminationis complectatur.

Cum Woelfflino[1]) figuram geminationis statuo esse iterationem eiusdem vocabuli, eadem forma iterati, sine ulla dilatione aut alterius vocabuli adiectione uno tenore pronuntiatam[2]), nisi quod interiectiones et pronomina inseri possunt, quibus nexus verborum non solvitur[3]) velut *exi, inquam, exi*; *Bacchis, o mea Bacchis*; *aperite hoc aperite*. Neque minus geminationem adesse statuo, si duo vocabula iterantur, quae tam arte inter se connexa sint ut unam sententiam praebeant, velut *nulla sum, nulla sum* (Plaut. Cas. 621), quod idem valet atque *perii perii, occidi occidi*. Quod ad copulas *et ac atque que* attinet, a Woelfflino discrepans has iustam geminationem non efficere arbitror, sed potius adiectionem.

Itaque in hoc opusculo meo tantum agam de exemplis, qualia sunt: *tace tace, mane mane, minime minime, memento memento, Juppiter pro Juppiter* (inserta interiectione), *o stulte stulte, Bacchis o mea Bacchis, aperite hoc aperite* cet. eaque sic recensere et distinguere studebo, ut qui animi affectus in singulis geminationibus insit, aperte et dilucide appareat.[4])

---

1) l. l. pag. 425.

2) Hanc geminationem in hoc opusculo brevitatis causa iustam vel veram appellabo.

3) Cf. Spengel Rhet. Gr. III, 182, 26 Anonymus *περὶ σχημάτων*: *τὸ γὰρ ταῦτα μεσολαβοῦν οὐ καταλύει τὸ σχῆμα, οἷον 'οὐκ ἔστι ταῦτα, οὐκ ἔστιν'*.

4) H. Wernicke, qui nuper (diss. Rostochii 1912) de geminationis figurae in orationibus Latinis usu scripsit, huic figurae nimis amplam significationem tribuit, utpote qui eiusmodi exempla afferat: *moritur in Gallia Quinctius, cum adesset Naevius et moritur repentino. Civitatis suum putat esse iudicium, et recte putat. Fuerunt et complures fuerunt* et alia huiusce modi multa. Quibus in exemplis a Wernickio nomine geminationis compositae allatis illud *repentino* vel *recte* vel *complures* adiectionis vice fungi videtur. Neque mihi geminatio appellanda videtur figura, quam Wernickius brevitati loquendi indulgens 'repetitionem' vocat haec exempla afferens: *Ne haec quidem duo signa pulcherrima, haec signa duo* cet. *Mitto vincla, mitto carcerem, mitto verbera, mitto secures, crucem denique illam praetermitto, quam iste civibus Romanis testem huminitatis in eos ac benevolentiae suae voluit esse, mitto inquam haec omnia* . . . . cet.

CAPUT II.

Quid de geminatione ipsi veteres tradiderint.

A. Scriptores Graeci.

1. Alexander Num. II β (III, 29, 3 Spengel):
Περὶ ἀναδιπλώσεως ἢ παλιλλογίας ἢ ἐπαναλήψεως. Τοῦτο τὸ σχῆμα ὁ μὲν Καικίλιος παλιλλογίαν καλεῖ, ἔνιοι δὲ ἀναδίπλωσιν, οἱ δὲ ἐπανάληψιν. Φαίνεται δὲ ὅτε μὲν ῥῆμα ἐπαλλήλως ἐντιθέντων ἡμῶν, ὡς ἔχει τὸ τοιοῦτον „μιαρὸν μιαρὸν θηρίον, ὦ ἄνδρες Ἀθηναῖοι".

2. Idem I γ (III, 19, 32 Spengel):
Ἐπανάληψίς ἐστιν, ὅταν κατὰ πλείους φωνὰς ἐπαναλαμβάνωμεν, ὡς ἔχει τὸ τοιοῦτον „ἀλλ' οὐκ ἔστιν, οὐκ ἔστιν ὅπως ἡμάρτετε. Καὶ τὸ Ὁμηρικόν:

τῷ δ' ἐγὼ ἄντιος εἶμι, καὶ εἰ πυρὶ χεῖρας ἔοικεν,
εἰ πυρὶ χεῖρας ἔοικε.

Ταῦτα μὲν οὖν ἐπανείληπται μηδενὸς μεταξὺ τιθεμένου μορίου.

3. Demetrius *περὶ ἑρμηνείας* § 66 (III, 277, 21 Spengel, pag. 19, 5 Radermacher):
Καὶ ἀναδίπλωσις δέ που εἰργάσατο μέγεθος, ὡς Ἡρόδοτος (I 203?) *δράκοντες δέ που, φησίν, ἦσαν ἐν τῷ Καυκάσῳ μέγεθος καὶ μέγεθος καὶ πλῆθος· δὶς ῥηθὲν τὸ μέγεθος ὄγκον τινὰ τῇ ἑρμηνείᾳ παρέσχεν* [1]).

4. Idem § 140 (III 293, 30 Spengel, pag. 33, 6 Radermacher):
Αἱ δὲ ἀπὸ τῶν σχημάτων χάριτες δῆλαί εἰσι καὶ πλεῖσται παρὰ Σαπφοῖ, οἷον ἐκ τῆς ἀναδιπλώσεως, ὅπου νύμφη πρὸς τὴν παρθενίαν φησί „Παρθενία, παρθενία, ποῖ με λιποῦσα οἴχῃ;" Ἡ δὲ ἀποκρίνεται πρὸς αὐτὴν τῷ αὐτῷ σχήματι „Οὐκ ἔτι ἥξω πρός σε, οὐκ ἔτι ἥξω." Πλείων γὰρ χάρις ἐμφαίνεται, ἢ εἴπερ ἅπαξ ἐλέχθη καὶ ἄνευ τοῦ σχήματος. Καίτοι ἡ ἀναδίπλωσις πρὸς δεινότητας μᾶλλον δοκεῖ εὑρῆσθαι· ἡ δὲ καὶ τοῖς δεινοτάτοις καταχρῆται ἐπιχαρίτως.

5. Idem § 267 (III 319, 13 Spengel, pag. 55, 4 Radermacher):
Τὰ δὲ τῆς λέξεως σχήματα ποικιλώτερον ἐκλέγοντά ἐστι δεινότερον ποιεῖν τὸν λόγον, ἔκ τε τῆς ἀναδιπλώσεως, ὡς „Θῆβαι δέ, Θῆβαι πόλις ἀστυγείτων, ἐκ μέσης τῆς Ἑλλάδος ἀνήρπασται" (Aesch. Ctes. § 133). *Διλογηθὲν γὰρ τὸ ὄνομα δεινότητα ποιεῖ.*

---

1) Si Demetrio hic locus Herodoti (I 203) ante oculos versabatur, aliud quid ibi ab eo lectum est.

6. **Hermogenes** *περὶ μεθόδου δεινότητος* **cap. 9 (II 433, 14 Spengel, 423, 13 Rabe):**

Περὶ ἐπαναλήψεως. Ἐπανάληψις γίνεται κατὰ τρόπους τρεῖς· ἐπὶ πράγματος διδασκαλίᾳ, ἐπὶ προσώπου συστάσει ἢ διαβολῇ, ἐπὶ ἤθους βεβαιώσει . . . . Ἐπὶ διαβολῇ:

Ἄρες, Ἄρες, βροτολοιγέ, μιαιφόνε, τειχεσιπλῆτα (Il. V 31). *Ἐπανέλαβεν, ἵνα τὸ πρόσωπον διαβάλλῃ. Ἐπὶ ἤθους δὲ βεβαιώσει·*

Τῷ δ' ἐγὼ ἄντιος εἶμι, καὶ εἰ πυρὶ χεῖρας ἔοικεν,
Εἰ πυρὶ χεῖρας ἔοικε, μένος δ' αἴθωνι σιδήρῳ (Il. XX, 371).

Ἐπανέλαβεν, ἵνα τὸ ἀνδρεῖον βεβαιώσῃ.

7. **Tiberius** *περὶ σχημάτων* C. 26 (III, 70, 27 Spengel):

Ἐπανάληψις δέ ἐστιν, ὅταν τὸ αὐτὸ ὄνομα δὶς ἐν τῷ αὐτῷ κώλῳ ᾖ, ἢ ἐν τῇ αὐτῇ περιόδῳ κατὰ τοῦ αὐτοῦ σημείου τεταγμένου, οἷον „οὐ μόνον κρίνετε τούτους τήμερον, οὔ.“ Καὶ πάλιν „καίτοι φιλίαν καὶ ξενίαν αὐτὴν ὀνομάζει, καὶ νῦν εἶπέ που λέγων ὁ τὴν Ἀλεξάνδρου ξενίαν ὀνειδίζων ἐμοί. Ἐγώ σοι φιλίαν Ἀλεξάνδρου; οὔτε Φιλίππου ξένον, οὔτε Ἀλεξάνδρου φίλον εἴποιμ' ἂν ἐγώ σε.“

Ἐνέργειαν τὸ σχῆμα ἐργάζεται, τὴν μέντοι ἐπανάληψιν παλιλλογίαν Καικίλιος ὀνομάζει, οἷον „μιαρόν, μιαρὸν τὸ θηρίον.“ Καὶ „πονηρόν, πονηρὸν ὁ συκοφάντης.“ Καὶ „ὦ τέκνα, τέκνα.“ Καὶ „ὦ γάμοι, γάμοι.“ Καὶ ὁ Δημοσθένης „ἀλλ' οὐκ ἔστιν, οὐκ ἔστιν, ὅπως ἡμάρτετε, τὸν ὑπὲρ τῆς ἐλευθερίας κίνδυνον ἀράμενοι.“ Οἱ μὲν οὖν πολιτικοὶ κατ' ἀρχὰς χρῶνται ταῖς ἀναλήψεσι καὶ τῇ παλιλλογίᾳ, Ὅμηρος δὲ καὶ ἐπὶ τέλει ἐχρήσατο εἰπών

τῷ δ' ἐγὼ ἄντιος εἶμι, καὶ εἰ πυρὶ χεῖρας ἔοικεν,
εἰ πυρὶ χεῖρας ἔοικε, μένος δ' αἴθωνι σιδήρῳ.

ἐπήνεγκε γὰρ τοῦτο.

8. **Herodianus** *περὶ σχημάτων* **(III, 99, 22 Spengel):**

Ἐπίζευξις δέ, ὅταν τὰ προκείμενα ὀνόματα διαλαμβάνοντες τὴν ἐπιφορὰν ἐκφαντικωτέραν ποιησώμεθα, οἷον „Θῆβαι δέ, Θῆβαι, πόλις ἀστυγείτων, μεθ' ἡμέραν ἐκ μέσης τῆς Ἑλλάδος ἀνηρπάσθη.“

9. **Idem (III, 96, 31 Spengel):**

Ἐπαναφορὰ δέ ἐστι πλάσις ἐκ τοῦ διαπλασιάζεσθαι ἐπίτασιν δηλοῦσα οἷον

Τοῦ δ' ἐγὼ ἀντίος εἶμι καὶ εἰ πυρὶ χεῖρας ἔοικεν,
εἰ πυρὶ χεῖρας ἔοικε, μένος δ' αἴθωνι σιδήρῳ.

καὶ

ἅτε παρθένος ἠΐθεός τε
παρθένος ἠΐθεος τ' ὀαρίζετον ἀλλήλοιιν.

καὶ

Θῆβαι δέ, Θῆβαι, πόλις ἀστυγείτων, μεθ' ἡμέραν ἐκ μέσης τῆς Ἑλλάδος ἀνήρπασται.

10. Anonymus περὶ σχημάτων (III, 182, 23 Spengel):
Ἀναδίπλωσις δέ ἐστι λέξεως τῆς αὐτῆς ἅμα ἐπάλληλος προφορά, οἷον „κύριε, κύριε, μὴ ἀποστῇς ἀπ' ἐμοῦ." Εἶ γίνεται ὁ αὐτὸς τύπος καὶ μεταξὺ ἐμβεβλημένης λέξεως, οἷον „οὐκ ἔστι ταῦτα, οὐκ ἔστιν." Τὸ γὰρ ταῦτα μεσολαβοῦν οὐ καταλύει τὸ σχῆμα.

11. Phoebammon (III, 46, 15 Spengel):
Ἀναδίπλωσις δέ ἐστι λέξεων δὶς ἢ πολλάκις περὶ τοῦ αὐτοῦ πράγματος προφορά· γίνεται δὲ καὶ διχῇ ἢ παράλληλος, ὡς ἵνα εἴπωμεν· „ὁ δεῖνα, ὁ δεῖνα οὐχ' ὑπήκουσεν" ὃ ποίει τὴν ἐπίζευξιν, ἢ μεθ' ἑτέρων ἢ μεταξὺ τιθέντων τινῶν, ὡς ἵνα εἴπωμεν, ὁ δεῖνα ὁ ἐκεῖ τρέχων, καὶ πάλιν ἐπενέγκωμεν, ὁ δεῖνα.

12. Idem (III, 55, 29 Spengel):
(ἡ μὲν ἀντιστροφὴ . . . .)
ἡ δὲ ἐπίζευξις τὸ αὐτὸ παρονομάζει συνημμένως ὡς τὸ
Ἆρες, Ἆρες, βροτολοιγέ, μιαιφόνε.
καὶ τὸ „βαρύς, βαρὺς σύνοικος" καὶ αὗται δὲ εἴδη ἀναδιπλώσεως.

13. Zonaeus (III, 164, 29 Spengel):
Ἀναδίπλωσίς ἐστι λέξεων προφορὰ ἐπάλληλος, οἷον „λέγε, λέγε τἀληθές·" γίνεται δὲ καὶ μεταξὺ λέξεως ἐμβεβλημένης, ὡς τὸ· „ἀλλ' οὐκ ἔστι ταῦτα, οὐκ ἔστιν."

B. Scriptores Latini.

1. Quint., Inst. Or. IX, 3 § 28, 29:
'Illud est acrius[1]) genus, quod non tantum in ratione positum est loquendi, sed ipsis sensibus cum gratiam tum etiam vires accommodat. E quibus primum sit, quod fit per adiectionem. Plura sunt genera. Nam et verba geminantur, vel amplificandi gratia, ut *occidi, occidi non Spurium Maelium* (Cic. Mil. § 72) (alterum est enim, quod indicat, alterum quod affirmat), vel miserandi, ut *o Corydon, Corydon.* (Verg. Ecl. II 69). Quae eadem figura nonnumquam per ironiam ad elevandum convertitur. Similis geminationis post aliquam interiectionem repetitio est, sed paulo etiam vehementior (Cic. Phil. II § 64): *bona, miserum me!* (*consumptis enim lacrimis tamen infixus haeret animo dolor*) *bona, inquam, Cn. Pompei acerbissimae voci subiecta praeconis. Vivis et vivis non ad deponendam, sed ad confirmandam audaciam.* Et ab isdem verbis plura acriter et instanter incipiunt (Cic. Cat. I § 1): *nihilne te nocturnum praesidium Palatii, nihil urbis vigiliae, nihil timor populi, nihil consensus bonorum*

1) Scil. quam παρένθεσις et ἀποστροφή, figurae in paragraphis superioribus tractatae.

omnium, nihil hic munitissimus habendi senatus locus, nihil horum ora vultusque moverunt? Et in isdem desinunt (Cic. Mil. § 59): „*Quis eos postulavit? Appius. Quis produxit? Appius.*" Quamquam hoc exemplum ad aliud quoque schema pertinet, cuius et initia inter se et rursus inter se fines idem sunt, *quis et quis, Appius et Appius.* Quale est (ad. Her. 4, 14): *Qui sunt, qui foedera saepe ruperunt? Karthaginienses. Qui sunt, qui crudelissime bellum gesserunt? Karthaginienses. Qui sunt, qui Italiam deformarunt? Karthaginienses. Qui sunt, qui sibi ignosci postulant? Karthaginienses.*"

2. Aquila Romanus § 29 (Pag. 31, 12 Halm):

'Παλιλλογία, iteratio. Haec figura, repetitio eodem verbo aut nomine, non diversa[1]) vult intellegi, sed id quod significatur, efficere vehementius. Cuius modi est hoc: *Ferro, ferro, inquit, et hoc in iudicio dicit, te reieci atque proterrui.* Repetito enim hoc 'ferro' indignitatem rei atque audaciam eius in quem dicitur, impensius significat. Nec solum nomen aut verbum, sed omnis pars orationis iterari ad eundem usum potest, ut, cum dicitur: *Tu, tu, Antoni, Caesari ruenti atque omnia permiscere cupienti, causam belli civilis dedisti.*

§ 30. Atque hae duae figurae, superior[2]) et ista ipsa, de qua locuti sumus, non ad formandam magis et exornandam orationem, ut illae superiores, sed ad accendendam pugnam dicendi valent, sicut vel magis pleraeque earum quae consequentur. Ideoque et Aristoteli et iteratio ipsa verborum ac nominum et repetitio frequentior et omnis huiusmodi motus actioni magis et certamini quam stilo videtur convenire: qua de re in tertio rhetoricorum libro disserit[3]). Verum docet nos et Demosthenes et Cicero eam optime orationem esse compositam, quae cum illa ornamenta parium et contrariorum et immutatorum verborum habeat, ex quibus et ipsis tamen saepe non ornatior quam vehementior fit oratio, si in tempore et cum modo assumantur, tum his, quae verae affectionis speciem praeferunt, excitetur. Ita enim maxime exemplum et imaginem veritatis continebit.

---

1) Ut vult *πλοκή*, copulatio, figura in paragrapho superiore tractata.

2) *πλοκή*, copulatio.

3) Hic locus Aristotelicus (Ars rhet. III, 12 (pag. 1413*b*, 27) parum attento lectori veram genimationem indicare videri potest inter ceteras affines figuras, quamquam mea sententia minime apparet ex exemplis ibi allatis. Mihi autem auctor et propter indolem totius loci et ob ipsius tractationis *τέχνης ῥητορικῆς* naturam disseruisse non de verborum sed de sententiarum figuris, neque his vocabulis usus *πολλάκις τὸ αὐτὸ εἰπεῖν* cum exemplo *οὗτός ἐστιν ὁ κλέψας ὑμῶν, οὗτός ἐστιν ὁ ἐξαπατήσας, οὗτος ὁ τὸ ἔσχατον προδοῦναι ἐπιχειρήσας* de vera geminatione cogitasse videtur.

3. § 31. *Ἐπανάληψις,* repetitio. Haec figura tantum a priore distat, quod in illa quidem una pars orationis bis repetitur, tum coniunctim, tum interposito uno aut altero verbo, quo vehementior elocutio videtur fieri: at in hac ex plurium verborum continuatione repetita idem quaeritur, ut si dicas: *Patriae suae quisquam ⟨patriae suae inquam⟩ o di immortales, exitium est machinatus*[1]. Et hoc: *Non potest, iam non potest, inquam, libera haec civitas esse.*

4. § 32. *Ἀναδίπλωσις,* reduplicatio, rarum apud oratores figurae genus, frequentius apud poetas: si quando tamen et in civilem orationem incidit, ⟨non⟩ mediocrem dignitatem habet. Interest autem inter hoc et illa duo superiora tantum, quod hic ea, quae in superiore membro postrema ponuntur, in posteriore prima repetuntur . . . . Tale est illud Terentianum: *Negat Phanium esse hanc sibi cognatam Demipho? Hanc Demipho negat esse cognatam?* (Phorm. 352).

5. Iulius Rufinianus (Pag. 49, 13 Halm):

§ 5. *Ἐπανάληψις* est eorundem verborum simul positorum eiusdemque sententiae post multa interiecta cum aliqua periodi conclusione facta repetitio, ut (Verg. G. II 4 199):

Huc, pater o Lenaee (tuis hic omnia plena
Muneribus, tibi pampineo gravidus autumno
Floret ager, spumat plenis vindemia labris),
Huc, pater o Lenaee, veni.

Latine haec figura dicitur resumptio vel repetitio.

§ 7. *Παλιλλογία* est, cum verbum, quod in prima sententia est ultimum, in sequenti est primum, ut (Verg. Ecl. X 72):

Pierides, vos haec facietis maxima Gallo,
Gallo, cuius amor tantum mihi crescit in horas.

Latine dicitur regressio.

§ 8. *Ἀναδίπλωσις* est eiusdem verbi continuatim repetitio, ut (Verg. Ecl. III 79): *Longum, formose, vale, vale, inquit Iola.* Et (Verg. Ecl. II 69): *o Corydon Corydon, quae te dementia cepit!* Et (Verg. Aen. IX 427): *me me, adsum, qui feci . . . .* Latine dicitur haec figura duplicatio.

6. Charisius (I, 281, 21 Keil):

Epizeuxis est repetitio dictionis eiusdem cum impetu pronuntiationis ut

Me, me, adsum, qui feci, in me convertite ferrum,
O Rutuli mea fraus.

---

[1]) Halmius locum ita supplevit: 'machinatus? ⟨exitium, inquam, patriae suae est machinatus?⟩

7. Donatus, ars grammatica III, 5 (IV, 398, 12 Keil):

Epizeuxis est eiusdem verbi in eodem versu sine aliqua dilatione congeminatio, ut

Me, me, adsum, qui feci, in me convertite ferrum.

8. Diomedes (I, 445, 25 Keil):

De epanalepsi. Epanalepsis est cum maiore significatu facta repetitio, ut est in Horatio (C. II 14, 1):

Eheu fugaces, Postume, Postume,
Labuntur anni.

De epizeuxi. Epizeuxis est eiusdem dictionis in eodem versu sine aliqua dilatione geminatio cum impetu pronuntiationis, ut

Me, me, adsum, qui feci, in me convertite ferrum,
O Rutuli, mea fraus omnis.

9. Martianus Capella § 40 (Pag. 481, 10 Halm, pag, 178, 17 Eyssenhardt):

Παλιλλογία, iteratio. Haec figura repetito verbo aut nomine non diversa vult intellegi[1]), sed vehementius repetita significat, ut est (Cic. Cat. I § 3): *nos, nos, dico aperte, nos consules desumus.*

'Επανάληψις, repetitio. Haec figura a superiore distat, quod illa eadem parte orationis repetita coniungitur aut uno alterove verbo interposito; at haec non una parte orationis, sed prout libuerit, sociatis verbis, ut est: *non potest iam, non potest haec libera civitas esse.*

10. Carmen de figuris (Pag. 66 Halm):

'Επίζευξις.

75. Fit geminatio cum sensus geminamus eosdem.

„Thebae autem Thebae, vicina urbs inclutaque olim" (Aesch. Ctes. § 133);

Mi nate, o mi nate, meae spes sola senectae (Verg. Aen. I 664).

C. De variis nominibus, quibus rhetores Graeci et Latini ad figuram geminationis et huic assimiles figuras designandas usi sunt.

a. Ex testimoniis allatis [2]) videmus Graecos rhetores ad geminationem veram vel huic assimiles figuras indicandas usos esse

---

1) cf. Aquilam Romanum, pag. 6.

2) Perquam dubium mihi est, num Rutilius Lupus huiusque auctor Gorgias veram geminationem *ἐπανάληψιν* nominaverit. Rut. Lupus enim I, 11 pag. 8, 1 Halm de epanalepsi haec scribit: *„'Επανάληψις.* Hoc schema fieri solet, cum id, quod dictum semel est, quo gravius sit, iteratur. Id interdum fit uno verbo, interdum plurium verborum coniunctione. Verbum sic iteratur. Pytheae: „Quid

his vocibus: *a*) *ἐπανάληψις* *b*) *ἀναδίπλωσις* *c*) *παλιλλογία* *d*) *ἐπίζευξις*, nec tamen inter se congruere.

Alexander Numenii [1]) veram geminationem promiscue *ἐπανάληψιν*, *ἀναδίπλωσιν*, *παλιλλογίαν* nominat, Hermogenes [2]) *ἐπανάληψιν* (dummodo versus Homericus E 31, quem affert:

Ἆρες, Ἄρες, βροτολοιγέ, μιαιφόνε, τειχεσιπλῆτα

revera exemplum verae geminationis sit neque legendum sit *Ἆρες, Ἄρες βροτολοιγέ κ.τ.λ.*) veram geminationem dicit, sed eodem vocabulo prorsus diversas figuras nominat. Tiberius [3]) veram geminationem *παλιλλογίαν* apellat, *ἐπαναλήψεως* vocabulum aliis figuris tribuens. Cum autem postea dicat Caecilium epanalepsin palillogiam appellasse, verisimile est Tiberium e compluribus fontibus hausisse hosque parum diligenter miscuisse. Demetrius [4]) veram geminationem *ἀναδίπλωσιν* nominat. Anonymus [5]) *περὶ σχημάτων* et Zonaeus [6]) figurae *ἀναδιπλώσεως* largiorem sensum tribuerunt, quamquam secundum hos etiam veram geminationem complectitur. Phoebammon [7]) veram geminationem *ἐπίζευξιν* appellat, vocabulo *ἀναδιπλώσεως* largiore sensu usus. Tres postremi auctores vocabulis *ἐπαναλήψεως* et *παλιλλογίας* alio sensu utuntur atque Alexander Numenii, Hermogenes, Tiberius. Herodianus [8]) veram geminationem *ἐπίζευξιν* appellat, sed exemplum quod affert alio loco (III, 96, 31 Spengel) sub *ἀναφορά* profert. Herodianum igitur e variis fontibus hausisse parumque accurate hos contaminavisse credo. Idem Phoebammoni obiciendum, qui (III 46, 18 Spengel) figurae *ἐπιζεύξεως* largiorem sensum tribuit quam III 55, 32.

---

contra tot res tamque evidentes dicere potes, Demosthenes? Cognitum enim est te rem publicam venalem habuisse, cognitum est." Item Hegesiae: „Sed instigabat multitudinis animum ad bellum inferendum concitatus iracundia furor: furor inquam, non ratio, sine qua nihil umquam populus ex sententia gessit". Sed plurium verborum iteratio est huius modi: „At ego in his aerumnis amicis sum spoliatus omnibus; ⟨amicis, inquam, spoliatus sum omnibus⟩, iudices; qui non quod me odissent, sed quod inimicorum factionem pertimuissent, me in malis deseruerunt." Ex exemplis autem allatis eos de vera geminatione cogitasse verisimile non est et fieri sane potest ut Rutilius hanc figuram alio nomine appellaverit quem ad modum Caecilius et Demetrius, atque Gorgias de repetitione sententiarum, non de vera geminatione verborum cogitaverit.

1) Cf. p. 3.
2) Cf. p. 4.
3) Cf. p. 4.
4) Cf. p. 3.
5) Cf. p. 5.
6) Cf. p. 5.
7) Cf. p. 5.
8) Cf. p. 4.

β. Quintilianus [1]) veram geminationem adiectionem (genus adiectionis) appellat et ab aliis repetitionibus separat; etiam verisimile est eum huic figurae idem nomen '*geminatio*' tribuisse atque me. Repetitionem eam, ubi verba quidem iterantur sed totis sententiis intermissis, figurae geminationis assimilem appellat. Aquila Romanus [2]) veram geminationem *παλιλλογίαν*, iterationem, appellat, aliis figuris alia nomina tribuens, quem Martianus Capella [3]) serviliter imitatur. Charisius [4]), Donatus [5]), auctor Carminis de figuris [6]) veram geminationem epizeuxin appellant, Diomedes [7]) autem eam et epanalepsin et epizeuxin vocat [8]).

D. Resumptio et definitionis defensio.

Vidimus igitur apud antiquos varia nomina eisdem figuris tribui, ita ut eadem exempla ad complures figuras illustrandas adhibeantur. Quod iam Alexander Numen. his verbis dixit: *Περὶ ἀναδιπλώσεως ἢ παλιλλογίας ἢ ἐπαναλήψεως. Τοῦτο τὸ σχῆμα ὁ μὲν Καικίλιος παλιλλογίαν καλεῖ, ἔνιοι δὲ ἀναδίπλωσιν, οἱ δὲ ἐπανάληψιν.* Et de epanalepsi alio loco disserens: *τοῦτο δέ τινες ἰδίως ἀναδίπλωσιν λέγουσιν.* Iam omnes rhetores et grammatici, qui post hunc scripserunt, confusionem illam manere passi sunt. Quam ob causam iis viris doctis [9]) assentior, qui omnes illos ex Alexandri operibus hausisse posterioresque auctores vestigia confusa confuse esse secutos putant. Wernickius [10]) tamen lepidius quam aequius scripsit

---

1) Cf. p. 5.
2) Cf. p. 6 sq.
3) Cf. p. 8.
4) Cf. p. 7.
5) Cf. p. 8.
6) Cf. p. 8.
7) Cf. p. 8.
8) Auctorem ad Herennium (IV, 28, 38.) et Ciceronem (de Oratore III, 54, 206; Orator 39, 135) veram geminationem a similibus separavisse certum non est. Suspicor tamen Auctorem ad Her. scribentem de conduplicatione veram geminationem seorsum commemorare necessarium non duxisse aut prorsus neglexisse, ut Gorgian et Rutilium Lupum (cf. p. 8, n. 2). Nec minus Ciceronem in libro de Oratore (III, 206) eam neglexisse aut non accurate secrevisse a variis repetitionibus verborum, sed imprimis de sententiarum figuris cogitavisse ut III 53, 203, ubi voce *iterat*io utitur. Similiter postquam Orator § 135 verborum figuras commemoravit, § 136 scripsit: 'Sed sententiarum ornamenta maiora sunt'. Fieri igitur potest, ut Cicero veram geminationem tecte, non aperte significaverit.
9) R. Volkmann, Rhetorik der Griechen u. Römer[2] p. 458. Christ, Gesch. d. gr. Literatur[5] pag. 748. Brzoska in Pauly-Wiss. R. E. I pag. 1457.
10) l. l. Pars I pag. 11.

eos otio et opera esse abusos, ut discrepantias inter geminationis species invenirent. Nam, si usquam, hac in re certos fines statuere difficile est et antiquis grammaticis res eo difficilior fuit, quod philosophi clari, quales Plato et Aristoteles et Stoici posteriores, eam nondum pertractaverant.

Wernickius 1) nuper investigans, quae verae geminationis forma esset, statuit Tiberio rhetore maxime fretus omnes fere figuras, quibus vocabulum quoddam repetatur, illo nomine indicandas esse, Woelfflino se opponens ob nimis angustos fines eius definitionis 2). Sed Wernickio minime assentior, nam quamquam veteres rhetores secutus ita statuit (etsi licentia quadam anaphoram et polyptoton seclusit), ex usu vocis geminandi et geminationis, qui apud scriptores Latinos valet, mihi efficere posse videor artiorem illum sensum vocis geminationis, quem ego et Woelfflinus vocabulo inesse putamus, magis congruere cum significatione, quam antiqui ei tribuerunt.

E. De usu vocabuli geminationis.

Geminare vulgo est iterum continuare vel continuo addere, ita ut inter ea quae continuantur et coniunguntur prorsus nihil intersit. Sic Gellius Noct. Att. XIII 25 (24), 4: *Sed quaero, an M. Tullius, verborum homo diligentissimus, in oratione, quam dixit de lege agraria Kalendis Ianuariis contra Rullum, inani et inlepida geminatione iunxerit 'manubias' et 'praedam', si duo haec verba idem significant neque ulla re aliqua dissident?* Ubi Gellius continuam iuncturam duorum verborum eiusdem significationis geminationem vocat.

Sic Horatius Carm. I, 16, 8:

Si geminant Corybantes aera

et Ars Poet. 12, 13: ubi poeta suadet ut carmen unum sit:

Sed non ut placidis coeant immitia, non ut
Serpentes avibus geminentur, tigribus agni.

ubi geminare idem valet ac coniungere.

Sic Ovidius Trist. IV, 10, 31:

Iamque decem vitae frater geminaverat annos

ubi *geminaverat* idem valet ac bis egerat

et Id. Met. XV, 677:

„*En deus est! deus est! Animis linguisque favete,*
Quisquis ades!" *dixit.* „*Sis, o pulcherrime, visus*

---

1) l. l. Pars II.

2) l. l. Pars II, pag. 17, n. 2.

Utiliter, populosque iuves tua sacra colentes!"
Quisquis adest, iussum veneratur numen, et omnes
Verba sacerdotis referunt geminata, piumque
Aeneadae praestant et mente et voce favorem,

ubi *geminare* continuare significat. Eam significationem continui connexus vocabulum luce clarius habet apud Suet. Dom. 7: *geminari legionum castra prohibuit;* apud Tac. Ann. I, 3 *geminatis consulatibus extulit* (sc. Augustus Agrippam); et ex argumento primo Plauti Militis Gloriosi, v. 5 sqq.:

et forat
Geminis communem clam parietem in aedibus
Licere ut quiret convenire amantibus.

Quamquam non nego vocabula '*geminare*' et '*geminatio*' etiam saepe latiore sensu usurpata esse, tamen recte mihi demonstrasse videor significationem, quam ego sequor, primariam fuisse et congruere cum significatione etymologica, a multis etiam rhetoribus grammaticisque antiquis adhibita.

Denique cum plurimi rhetores geminationem appellent eam quam ego veram geminationem nomino, contra Wernickium cum Woelfflino [1]) affirmare velim geminationis figuram esse continuationem quandam eiusdem vocabuli talem, ut nullum vocabulum aut certe nullum vocabulum, quod adiectionem aliquam efficiat, intersit.

Sed praeterea vocem geminationis aetatem tulisse usque ad recentiorum temporum viros doctos existimo. Inter quos plurimi numero neque idcirco minime nobiles, ut Scaliger, Diez, A. F. Pott, Ed. Woelfflin [2]), vocabulo geminationis artos attribuerunt fines. Accedit ut Pottii et Woelfflini de geminatione scripta ab omnibus posterioribus laudentur et identidem tamquam fontes afferantur.

---

1) l. l. pag. 427 brevius quam accuratius scribit: 'Wenn die Rhetoren von der Gemination als einer Redefigur sprechen, so denken sie an eine Ausdrucksweise, welche zwischen den beiden wiederholten Wörtern keine Copula in der Mitte duldet und den Sinn einer Bekräftigung hat'.

2) Etiam viri docti huius aetatis velut O. Weise, Die Wortdoppelung im Deutschen, Zeitschr. f. deutsche Wortforschung, II (1902) p. 8, s.f., Gemination opp. Reduplikation; et J. H. Schmalz in Stolz-Schmalz, Lateinische Grammatik⁴ (1910) pag. 670: 'Gemination nennt man die unmittelbare Wiederholung ebendessselben Wortes'.

CAPUT III.

Loci ex Plauto et Terentio collecti, ubi verae geminationes leguntur, adiecto animi affectu vocis simplicis, qui geminatione asseveratur (divisione instituta secundum animi affectus varios).

A. Ex Plauto [1]).

Ad significationem asseverandam

Adhortationis:

Asinaria 39 (*age age*):

Libanus servus senem erum suum alloquitur, qui uxorem fallere conatur auxiliumque servi invocat.

29. SERV. Dic obsecro hercle serio quod te rogem:
30. Cave mihi mendaci quicquam. SENEX. Quin tu ergo rogas?
31. SERV. Num me illuc ducis, ubi lapis lapidem terit?
32ª. SEN. Quid istuc est aut ubi istuc est terrarum loci?
33. SERV. Apud fustitudinas, ferricrepinas insulas,
34. Ubi vivos homines mortui incursant boves.
35. SEN. Modo pol percepi, Libane, quid istuc sit loci:
36. Ubi fit polenta, te fortasse dicere. SERV. Ah,
37. Neque hercle ego istuc dico nec dictum volo
38. Teque obsecro hercle, ut quae locutu's despuas.
39. SEN. Fiat: geratur mos tibi. SERV. *Age, age,* usque excrea.
40. SEN. Etiamne? SERV. Age quaeso hercle usque ex penitis faucibus.
41. Etiam amplius. SEN. Nam quo usque? SERV. Usque ad mortem volo.
42. SEN. Cave sis malam rem. SERV. Uxoris dico, non tuam.
43. SERV. Dono te ob istuc dictum, ut expers sis metu.

---

1) Textum secutus sum Goetzii et Schoellii, ed. alt.

Persa 606 (*age age*):

Leno qui a duobus servis circumducitur.

604. Leno. Hospes, volo ego hanc (*sc. virginem*) percontari. Serv. A terra ad caelùm quidlubet.
605. Leno. Iubedum ea hoc accedat ad me. Serv. I sane ac morem illi gere.
606. Percontare, exquirere quidvis. Servus alter. *Age, age* nunc tu: in proelium. (*ioco mixto*)
607. Vide ut ingrediare aùspicato.

Persa 766 (*age age age*):

Meretrix amatorem (servum) alloquitur.

763. Mer. Toxile mi, cur ego sine te sum? Cur tu autem sine me's? Amator. Agedum ergo:
764. Accede ad me atque amplectere sis. Mer. Ego vero. Amat. Oh, nil hoc magis dulcest.
765. Sed amabo, oculus meus, quin lectis nos actutum commendamus?
766. Omnià quae tu vis, ea cupio. Amat. Mutua fiunt. *Age, age, age* ergo.

Persa 818 (*iamiam*):

Servus cum puero (Paegnio) loquitur.

809. . . . . Puer (*ad lenonem*). Hoc (*sc. plagam*) leno tibi.
810. Leno. Perii, perculit me prope . . . .
815. Puer. Restim tù tibi cape crassam ac te suspende.
816. Leno. Cave sis me attigas, ne tibi hoc scipione
817. Malum magnum dem. Puer. Utere: te condono.
818. Serv. *Iamiam*, Paegnium, da pausam.

Rudens 1229 (*Sapias Sapias*):

Piscator Gripo nomine seni cuidam suadens, ut vidulum inventum sibi habeat.

1228. Senex. Quid est negoti, Gripe? Gripus. De illo vidulo,
1229. Si *sapias sapias*: habeas quod di dant boni.
1230. Senex. Aequom videtur tibi ut ego alienum quod est
1231. Meum esse dicam?

Si sapias sapias haec lectio idem valèt quod si callidus sis. Sin virgulam inter ambo sapias ponimus, ut plerumque fit, aliter interpretamur, scilicet: si sapias (i.q. si sapiens sis), sapias (i.q. sapiens maneas), geminationem autem non habemus).

Admonitionis:

Bacchides 403 (*utut*):

Mnesilochus adulescens secum loquitur.

399. Adul. Nunc, Mnesiloche, specimen specitur, nunc certamen cernitur,
400. Sisne necne ut esse oportet: malus bonus quoius modi:
401. Iustus iniustus: malignus largus, commodus incommodus.
402. Cave sis te superare servom siris faciundo bene.
403. *Utut* eris, moneo, haud celabis.

Curculio 7 (*tandem tandem*):

Servus adulescentem alloquitur.

1. Serv. Quo ted hoc noctis dicam proficisci foras
2. Cum istoc ornatu cumque hac pompa, Phaedrome?
3. Adul. Quo Venus Cupidoque imperat, suadet Amor:
4. Si media nox est sivest prima vespera,
5. Si status condictus cum hoste intercedit dies,
6. Tamen est eundum quo imperant ingratiis.
7. Serv. At *tandem tandem* — Adul. Tandem es odiosus mihi.

(In versu septimo desideratur aliquid, ut de via decedas, cf. 27—30: 27. Serv. Ego item volo:
28. Ita tuom conferto amare semper, si sapis,
29. Ne id quod ames, populus si sciat, tibi sit probro.
30. Semper curato ne sis intestabilis.)

Epidicus 82 (*te te*):

Servus secum loquitur.

81. . . . . . . Quo in loco haec res sit vides,
82. Epidice: nisi quid tibi in *tete* auxilist, absumptus es:
83. Tantae in te inpendent ruinae.

Mercator 474 (*mane mane*):

Adulescens cum amico loquitur.

471. Adul. Qur ego veivo? Qur non morior? Quid mihist in vita boni?
472. Certumst, ibo ad medicum atque ibi me toxico morti dabo:
473. Quando id mi adimitur, qua causa vitam cupio vivere.
474. Amicus. *Máne, mane*[1]), opsecró, Charine. Adul. Quís me revocat? . . . .

---

1) accentu mutato.

Persa 316 (*Ah ah*):

Servus cum conservo loquitur.

312. SERV. Quid hoc hic in collo tibi tumet? ALTER. Vomicast, pressare parce:
313. Nam ubi qui mala tangit manu, dolores cooriuntur.
314. SERV. Quando istaec innatast tibi? ALTER. Hodie. SERV. Secari iubeas.
315. Metuo ne inmaturam secem: ne exhibeat plus negotei.
316. SERV. Inspicere morbum tuom lubet. ALTER. *Ah, ah,* abi atque cave sis
317. A cornu.

Affirmationis:

Amphitruo 397 (*utut*):

Sosia servus cum Mercurio loquitur.

395. MERCURIUS. Vapula.
396. SERV. Ut lubet, quid tibi lubet fac, quoniam pugnis plus vales.
397. Verum, *utut* es facturus, hoc quidem hercle haud reticebo tamen.

Bacchides 323 (*verum verum*).

315. SENEX. Sed nihilne attulistis inde auri donum?
316. SERVUS. Immo etiam: Verum quantum attulerit nescio.

. . . .

321. SEN. Etiam dimidium censes? SERV. Non edepol scio:
322. Verum haud opinor. SEN. Fertne partem tertiam?
323. SERV. Non hercle opinor: *verum verum* nescio.
324. Profecto de auro nihil scio nisi nescio.

Cistellaria 109 (*utut*):

Meretrix cum meretrice loquitur.

107. MER. . . . . . Facis benigne et amice. Sed tu, Gymnasium mea,
108. Si me absente Alcesimarchus veniet, nolito acriter
109. Eum inclamare: *utut* erga med est meritus, mi cordist tamen.

Curculio 707 (*iamiam*):

707. MILES (*adulescenti*). Nil agit (*scil. leno*), collum obstringe homini (*scil. lenoni*). LENO. *Iamiam* faciam ut iusseris.

(Leno pavore incitatus affirmat se continuo facturum quae iussus est.)

Mercator 765 (*non non*):

Coquus cum sene loquitur coram senis uxore, coquo ignota.

760. Coq. Nempe uxor rurist tua, quam dudum deixeras
761. Te odisse atque anguis. Sen. Egone istuc dixi tibi?
762. Coq. Mihi quidem hercle. Sen. Ita me amabit Iuppiter,
763. Uxor, ut ego illud numquam deixi. Uxor. Etiam negas?
764. Palam istaec fiunt te me odisse. Sen. Quin nego.
765. Coq. *Non non* te odisse aiebat, sed uxorem suam:
766. Et uxorem suam ruri esse aiebat . . . . .

(765. Certe (coquus affirmat) senex recte dicit, nam non *te* odisse se aiebat, sed uxorem suam.)

Mercator 558 (*utut*):

Senex secum loquitur.

544. Tandem impetravi, ut egomet me — corrumperem:
545. Emptast amica clam uxorem et clam filium.
546. Certumst: antiqua recolam et servibo mihi.
547. Breve iam relicuom vitae spatiumst: quin ego
548. Voluptate, vino et amore delectavero.

. . . .

556. Uxor me expectat iam dudum esuriens domi:
557. Iam iurgio enicabit, si intro rediero.
558. Verum hercle postremo *utut* est, non ibo tamen,
559. Sed hunc vicinum prius conveniam quam domum
560. Redeam. Ut mihi aedes aliquas conducat volo,
561. Ubi habitat istaec mulier. Atque eccum it foras.

Poenulus 428 (*egone egone*):

Adulescens cum servo Milphione loquitur.

417. Adul. Nunc opsecro te, Milphio, hanc per dexteram
418. Perque hanc sororem laevam perque oculos tuos
419. Perque meos amores perque Adelphasium meam
420. Perque tuam leibertatem — Servus. Em, nunc nil opsecras.
421. Adul. Mi Milphidisce, mea commoditas, mea salus,
422. Fac quod facturum te promisisti mihi
423. Ut ego hunc lenonem perdam. Serv. Perfacile id quidemst.

. . . .

426. . . . . Propera atque abi.
427. Adul. Fugio. Serv. Meumst istuc magis officium quam tuom.

428. Adul. *Egone, égone* [1]), si istuc lépide ecfexis — Serv. Í modo.
429. Adul. Ut non ego te hodie — Serv. Abi modo.
Adul. emittam manu?

(Hoc loco significatio asseverationis gravitate mixta redolet sacras formulas, ut Cas. 834, pag. 47.)

Pseudolus 268 (*utut*):

Servus et adulescens cum Ballione lenone loquuntur.

244. Serv. Redi et respice ad nos. Tametsi occupatu's
245. Moramur. Em conloqui qui volunt te.
. . . .
250. . . . . Leno. Iuppiter te
251. Perdat, quisquis es . . . .
252. . . . . Serv. Non licet conloqui te?
253. Leno. At mihi non lubet . . . .
. . . .
255/6. Serv. Manta. Leno. Omitte. Adul. Ballio audi. Leno. Surdus sum †profecto inanilogistae.
. . . .
264. Serv. Potin ut semel modo, Ballio, huc cum lucro respicias?
265. Leno. Respiciam istoc pretio: nam si sacruficem summo Iovi
266. Atque in manibus exta teneam ut poriciam, interea loci
267. Si lucri quid detur, potius rem divinam deseram.
268. Non potest pietati opsiste huic, *utut* res sunt ceterae.

Stichus 608 (*non it non it*):

Parasitus Pamphilippo adulescenti suadet ne foris cenet. Frater adulescentis parasitum illudit.

596. Par. Quid ais Pamphilippe? Adul. Ad cenam hercle alio promisi foras.
597. Par. Quid, foras? Adul. Foras hercle vero. Par. Qui malum tibi lasso lubet
598. Foris cenare? Adul. Utrum tu censes? Par. Iuben domi cenam coqui
599. Atque ad illum renuntiari? Adul. Solus cenabo domi?
600. Par. Non enim solus: me vocato. Ad. At ille ne suscenseat,
601. Mea qui causa sumptum fecit. Par. Facile excusari potest.
. . . .
606. Non tu scis quam efflictentur homines noctu hic in via?

---

1) accentu mutato.

607. ADUL. Tanto plureis qui defendant ire advorsum iussero.
608. FRATER (*ironice*). *Non it, non it*: quia tanto opere suades ne bitat. PAR. Iube
609. Domi mihi tibique tuaeque uxori celeriter cenam coqui.

Truculentus 189 (*utut*):

Amator cum meretricis ancilla loquitur.

189. AM. Estne intus nunc Phronesium? ANC. *Utut* aliis, tibi quidem intust.
186. ANC. . . . . Te unum ex omnibus amat . . . .

Approbationis:

Epidicus 493 (*eugae eugae*):

Ironice senex Epidico servo absenti.

493. SENEX. *Eugae eúgae*[1]), Epidice, frugi's: pugnasti †homo's
494. Qui me emunxisti mucidum minumi preti.

Miles Gloriosus, 241 (*euge euge*):

241. SENEX. *Euge eúge*[1]), lepide: laúdo commentúm tuom.

Persa 462 (*euge euge*):

Servus cum conservo, incedente persico ornatu, loquitur.

462. CONS. Numquíd moror? SERV. *Euge euge*[1]) éxornatu's básilice.
463. †Tiara ornatum lepide condecorat tuom.

Rudens 165 (*euge euge*):

Servus senem erum suum in litore alloquitur.

162. SERV. Quod facinus video? SEN. Quid vides? SERV. Mulierculas
163. Video sedentes in scapha solas duas.
164. Ut ádflictantur míserae. *Euge euge*[1]), pérbene
162. Ab saxo avortit fluctus ad litus scapham
166. Neque gubernator umquam potuit rectius.

Stichus 766 (*euge euge*):

764. SERV. Meus oculus, da mihi suavium, dum illic bibit.
765. SERV. (*alter*). Prostibilest tandem? Stantem stanti savium
766. Dare amícum amicae? *Euge eúge*[1]), sic furí datur.

---

1) accentu mutato.

Trinummus 705 (*euge euge*):

Lysiteles adulescens cum amico loquitur.

698. Adul. Scio equidem te animatus ut sis: video, subolet, sentio.
699. Id agis ut, ubi adfinitatem inter nos nostram adstrinxeris
700. Atque eum agrum dederis nec quicquam hic tibi sit qui vitam colas,
701. Effugias ex urbe inanis, profugus patriam deseras,
702. Cognatos, adfinitatem, amicos factis nuptiis.

. . . .

705. Servus. Nón enim possum quín exclamem: *euge eúge*[1]), Lysitelés, *πάλιν*.

(Servus haec dicit, postquam audivit eri amicum erum admonentem verbis, qualibus ipse paulo ante usus est, cf. 508—515, 597—601.)

Trinummus 752 (*minume minume*):

Senex tutor Lesbonici adulescentis, ob amorem pecunia egentis, seni amico.

748. Senex (*prior*). Vide si hoc utibile magis atque in rem deputas:
749. Ipsum †adeam Lesbonicum edoceam ut res se habet.
(*scil. thensaurum in aedibus esse defossum*).
750. †Sed ut ego nunc adulescenti thensaurum indicem
751. Indomito, pleno amoris ac lasciviae?
752. Senex (*amicus*). *Minume, minume* hercle vero: nam certo scio,
753. Locum quoque illum omnem ubi situst comederit.

Aviditatis:

Curculio 97b (*ubi ubi*):

96. Lena. Flos veteris vini meis naribus obiectust:
97a. Eius amor cupidam me huc prolicit per tenebras:
97b. *Ubi ubist*, prope mest: euax, habeo.
98a. Salve, anime mi, Liberi lepos:
98b. Ut veteris vetusti cupida sum.
99. Nam omnium unguentum odor prae tuo nauteast.

Confidentiae:

Epidicus 492 (*ubi ubi*):

Miles cum sene circumducto loquitur.

479. Miles. Quin tu huc producis fidicinam Acropolistidem?
480. Senex. Haec inquamst. Mil. Non haec inquamst: non novisse me

1) accentu mutato.

481. Meam rere amicam posse? SEN. Hanc, inquam, filius
482. Meus deperibat fidicinam. MIL. Haec non est ea.
483. SEN. Quid? non est? MIL. Non est. SEN. Unde haec igitur gentiumst?
484. Equidem hercle argentum pro hac dedi. MIL. Stulte datum
485. Reor, peccatum largiter. SEN. Immo haec east.
486. Nam servom misi, qui illum sectari solet,
487. Meum gnatum: is ipse hanc destinavit fidicinam.
488. MIL. Em istic homo te articulatim concidit, senex,
489. Tuos servos. SEN. Qui concidit? MIL. Sic suspiciost:
490. Nam pro fidicina haec cerva subpositast tibi.
491. Senex, tibi os est sublitum plane et probe.
492. Ego illam requiram iam *ubiubist.* Bellator, vale.

Miles gloriosus 399 (*ubi ubi*):

Mulier meretrix cum servo loquitur, a quo custoditur, quemque fefellit aedes suas deserens inque eas rediens. Sub altero tamen tecto domus vicinae visa est.

366. MER. Tun me vidisse in proximo hic, sceleste, ais oscultantem?
367. . . . . SERV. Dixi hercle vero.

Post mulieris meretricis reditum in aedes suas:

398. . . . . SERV. Nunc quidem domi certost: certa res est
399. Nunc nóstrum observare óstium, *ubiubíst* [1]) . . . . .

Miles Gloriosus 1379 (*ubi ubi*):

1378. PUER. Ne me moneatis: memini ego officium meum.
1379. Ego †nam conveniam illum. *Ubiubist* gentium,
1380. Investigabo: operae non parco meae.

Mostellaria 545 (*utut*):

544. SERVUS. Nil est miserius quam animus hominis conscius,
545. Sicut me male habet. Verum *utut* res sese habet,
546. Pergam turbare porro: ita haec res postulat.

Poenulus 738 (*quantum quantum*):

Adulescens cum testibus loquitur, qui viderunt servum eius lenoni cuidam nummos dedisse trecentos.

730. ADUL. Si exierit leno, censen hominem interrogem,
731. Meus servos ad eum veneritne? TESTIS. Quippini?

---

1) accentu mutato.

732. Adul. Cum auri ducentis nummis Philippis? Test. Quippini?
733. Adul. Ibi extemplo leno errabit. Test. Qua de re? Adul. Rogas?
734. Quia centum nummis minus dicetur. Test. Bene putas.
735. Adul. Alium censebit quaeritari. Test. Scilicet.
736. Adul. Extemplo denegabit. Test. Iuratus quidem.
737. Adul. Homo furti sese adstringet — Test. Hau dubium id quidemst.
738. Adul. *Quantumquantum* ad eum erit delatum. Test. Quippini?

Pseudolus 106 (*unde unde*):

Servus confirmans animum eri sui, perdite amantis.

103. Serv. Verum ego te amantem, ne pave, non deseram.
104. Spero alicunde hodie me bona opera aut †hoc meam
105. Tibi inventurum esse auxilium argentarium.
106. Atque id futurum *unde unde* dicam nescio,
107. Nisi quia futurumst: ita supercilium salit.
108. Adul. Utinam quae dicis dictis facta suppetant.
109. Serv. Scis tu quidem hercle, mea si commovi sacra,
110. Quo pacto et quantas soleam turbelas dare.

Rudens 1210 (*ubi ubi*):

Trachalio servus senem alloquitur qui ei mandavit (1199/1200), ut adulescentem Plesidippum investigaret.

1210. Serv. *Ubi ubi* erit, iam investigabo et mecum ad te adducam simul
1211. Plesidippum. Senex. Eloquere, ut haec res optigit de filia.
1212. Eum roga ut relinquat alias res et huc veniat. Serv. Licet.
1213. Sen. Dicito daturum meam illi filiam uxorem. Serv. Licet.

Exprobrationis:

Casina 722 (*ubi ubi*):

Duo servi.

720. Serv. Vide, fur, ut sentis sub signis ducas. Alter. Qui vero hi sunt sentis?
721. Prior. Quia quod tetigere, ilico rapiunt: si eas ereptum, ilico scindunt.
722. Ita quoquo adveniunt, *ubi ubi* sunt, duplici damno dominos multant.

Casina 727 (*fy fy*):

727. Senex. Mane vero, quamquam fastidis. Servus. *Fy fy*, foetet tuos mihi sermo.

Casina 737 (*memento memento*):

Servus cum ero sene loquitur.

735. Servus. Servos? Ego? Senex. Atque meus.
736. Servus. Non sum ego liber?
737. *Memento, memento.*

(*scil. quod mihi promisisti, i. e. me posse emitti manu, cf. 474*).

Epidicus 97 (*tete*):

Servus secum colloquitur, quasi duae personae sint, se ipse in vicem accusans et excusans.

92. Nam ubi senex senserit
93. Sibi data esse verba, virgis dorsum despoliet meum.
94. At enim tu praecave.
95. At enim — bat enim: nil est istuc. Plane hoc corruptumst caput.
96. Nequam homo's Epidice.
97. Qui lubidost male loqui? Quia tu *tete* deseris.
98. Quid faciam? Men rogas?
99. Tuquidem antehac aliis solebas dare consilia mutua.

Miles Gloriosus 313 (*Sceledre Sceledre*):

Servus sollers foras se praecipitans exprobratione ficta servum circumductum alloquitur.

313. Servus. *Sceledre, Sceledre,* quis homo in terra te alter est audacior?
314. Quis magis deis inimicis natus quam tu atque iratis? Alter. Quid est?
315. Prior. Iuben tibi oculos exfodiri quibus id quod nusquamst vides?

. . . .

319. Alter. Quamobrem iubeam? Prior. Philocomasium eccam domi, quam in proxumo
320. Vidisse aibas te osculantem atque amplexantem cum altero.

Rudens 1235 (*Gripe Gripe*):

Daemones senex cum piscatore Gripo loquitur, qui seni suadet ut vidulum in litore inventum sibi habeat.

1234. PISCATOR. Isto tu pauper es, quom nimis sancte piu's.
1235. SENEX. O *Gripe, Gripe,* in aetate hominum plurumae
1236. Fiunt transennae, ubi decipiuntur dolis.
1237. Atque edepol in eas plerumque esca inponitur.

. . . .

1244. Egone ut quod ad me allatum esse alienum sciam
1245. Celem? Minume istuc faciet noster Daemones.

Trinummus 1094 (*o Callicles, o Callicles, o Callicles*):

Senex cum sene amico fideli loquitur, quem infidelem repertum esse putat.

1094. SENEX (*prior*). *O Callicles, o Callicles, o Callicles,*
1095. Qualine amico mea commendavi bona?
1096. SENEX (*alter*). Probo et fideli et fido et cum magna fide.

. . . .

1098. SENEX (*prior*). Credo omnia istaec, si itast ut praedicas.
1099. Sed quis istest tuos ornatus?

Impatientiae morae:

Epidicus 631 (*age age, numera numera*):

Danista adulescenti qui pecuniam pro puella a se empta nondum solvit.

627. ADUL. Di immortales,[1])
628. Qui perhibetur prius venisset quam tu advenisti mihi.
629. DAN. Haec (*scil. puella*) edepol remorata med est.
ADUL. Siquidem istius gratia
630. Id remoratu's quod ista voluit, nimium advenisti cito.
631. DAN. *Age age,* absolve atque argentum †*numera numera,* ne comites morer.
632. ADUL. Pernumeratumst. DAN. Tene cruminam: huc inde.
ADUL. Sapienter mones.
633. Opperire, dum effero ad te argentum. DAN. Matura.
ADUL. Domist.

---

1) †socio iussi admirer pedibus pulmunes. Fortasse: Oedipus si ad me iret, pedibus turgidis qui perhibetur, cet. (cf. B. Ph. W. 1898 Sp. 1004).

Menaechmi 653 (*tu tu*):

Menaechmus I adulescens cum matrona loquitur.

651. Adul. Quis is Menachmust? Mat. Tu istic, inquam. Adul. Egone? Mat. Tu. Adul. Quis arguit?
652. Mat. Egomet. Parasitus. Et ego: atque huic amicae detulisti Erotio. (*scil. pallam matronae subreptam*).
653. Adul. Egon dedi? Mat. *Tu, tu* istic, inquam. Paras. Vin adferri noctuam,
654. Quae '*tu tu*' usque dicat tibi? Nam nos iam defessi sumus.

Miles Gloriosus 1084 (*iamiam*):

Miles cum ancilla loquitur, quae amores militis poscit pro era sua.

1082. Mil. Postriduo natus sum ego, mulier, quam Iuppiter ex Ope natust.
1083. Servus. Si hic pridie natus foret quam illest, hic haberet regnum in caelo.
1084. Anc. *Iamiam* sat amabost: sinite abeam, si possum, viva a vobis.

(Ludibrio mixto.)

Trinummus 590 (*i modo, i modo, i modo*):

Servus cum adulescente ero suo loquitur, cui de re familiari nihil reliquum est praeter unum agrum, quem sorori dotem dare in animo habet, id quod servus prohibere conatur.

582. Adul. †Tu istuc cura quod iussi; ego iam hic ero.
583. Dic Callicli me ut conveniat. Serv. Quin tu i modo.
584. Adul. De dote ut videat quid opus sit facto. Serv. I modo.
585. Adul. Nam certumst sine dote haud dare. Serv. Quin tu i modo.
586. Adul. Neque enim illi (*sc. amico, amicae fratri*) damno umquam esse patiar — Serv. Abi modo.
587. Adul. Meam neglegentiam. Serv. I modo †o pater
588. Adul. Aequom videtur quin quod peccarim — Serv. I modo.
589. Adul. Potissimum mihi id opsit. Serv. I modo. Adul. O pater,
590. Enumquam aspiciam te? Serv. *I modo, i modo, i modo.*
591. Tandem impetravi abiret. Di vostram fidem,
592. Edepol re gesta pessume gestam probe
593. Si quidem ager nobis salvos est: etsi admodum
594. In ambiguost etiam nunc quid ea re fuat.

Indignationis :

Bacchides 73 (*apage a me apage*):

66. Adul. Penetrem me huius modi in palaestram ubi damnis desudascitur?
67. Ubi pro disco damnum capiam, pro cursura dedecus?

. . . .

72. Ubi mihi pro equo lectus detur, scortum pro scuto accubet?
73. *Apage a me, apage.* Sorores meretrices. Ah, nimium ferus es . . . .

Bacchides 1087 (*ubi ubi*), 1099 (*hoc hoc*):

Senex seni amico.

1087. Sen. Quiquomque *ubi ubi* sunt, qui fuerunt quique futuri sunt posthac
1088. Stulti, stolidi, fatui, fungi, bardi, blenni, buccones,
1089. Solus ego omnis longe antideo stultitia et moribus indoctis.
1090. Perii: pudet: hocine me aetatis ludos bis factum esse indigne?

. . . .

1094. Chrysalus (*servus filium senis adiuvans*) med hodie laceravit, Chrysalus me miserum spoliavit:
1095. Is me scelus auro usque attondit dolis doctis indoctum ut lubitumst.

. . . .

1099. *Hoc hoc* est quod cor peracescit, hoc est demum quod percrucior:
1101. Cano capite atque alba barba miserum me auro esse emunctum.

Bacchides 1182 (*satis satis*):

Senex cum meretrice loquitur, quae eum ad se pellicit, filium senis intus habens.

1181. Mer. I hac mecum intro, ubi tibi sit lepide victibus vino atque unguentis.
1182. Sen. *Satis, satis* iam vostrist convivi: me nihil paenitet ut sim acceptus:

Miles Gloriosus 857 (*abi abi*):

Servus puero narranti quomodo cum conservo furtim vinum potaverit:

857. Serv. *Abi abi* intro iam. Vos in cella vinaria
858. Bacchanal facitis: iam hercle ego erum adducam a foro.

Mostellaria 436 (*apage apage*):

Senex peregre domum rediens.

431. Senex. Habeo Neptune, gratiam magnam tibi
432. Quom med amisisti abs te vix vivom domum.
433. Verum si posthac me pedem latum modo
434. Scies inposisse in undam, hau causast, ilico
435. Quod nunc voluisti facere quin facias mihi.
436. *Apage, apage* te a me nunciam post hunc diem:
437. Quod crediturus tibi fui, omne credidi.

Persa 591 (*tace tace*):

(*Indignationis lepide fictae*).

Captiva persica venibit.

586. Servus. Indica, fac pretium. Leno. Tua mers est: tua indicatiost.
587. Servi amicus. Aequom hic orat. Serv. (*prior*). Vin bene emere? Leno. Vin tu pulcre vendere?
588. Serv. (*amic.*). Ego scio hercle utrumque velle. Leno. Age, indica prognariter.
589. Serv. (*pr.*) Prius dico: hanc mancupio nemo tibi dabit. Iam scis? Leno. Scio.
590. Indica, minumo daturus qui sis, qui duci queat.
591. Serv. (*amic.*). *Táce, tace*[1]: nimis tú quidem hercle homo stúltus es puerîliter.
592. Leno. Quid ita? Serv. (*amic.*). Quia enim te ex puella prius percontari volo
593. Quae ad rem referunt. Leno. Atque hercle tu me monuisti hau male.
594. Vide sis, ego ille doctus leno paene in foveam decidi.
595. Ni hic adesses.

(*Sequitur altercatio qua leno lepide circumducitur.*)

Poenulus 833 (*utut*):

Lenonis servus secum loquitur.

825. Serv. Neque periurior neque peior alter usquamst gentium
826. Quam erus meus est, neque tam luteus neque tam caeno conlitus.

. . . .

831. Quodvis genus ibi hominum videas, quasi Acheruntem veneris,

---

1) accentu mutato et quantitate.

832. Equitem, peditem, libertinum, furem †ad fugitivom velis,
833. Verberatum, vinctum, addictum. Qui habet quod det, *utut* homost,
834. Omnia genera recipiuntur.

Invidiae:

Rudens 523 (*scirpe scirpe*):

Leno naufragus permadidus in litus eiectus secum ironice loquitur.

523. LENO. O *scirpe, scirpe,* laudo fortunas tuas,
524. Qui semper servas gloriam aritudinis.
. . . .
533. Utinam fortuna nunc anetina uterer,
534. †Ut, quom exissem ex aqua, arerem tamen.

Irae:

Aulularia 40 (*exi exi*), 55 (*etiam nunc etiam nunc*):

Senex avarus ancillam suam alloquitur ira et suspicione incitatus.

40. SENEX. *Exi,* ínquam, age *exi*[1]: exeúndum hercle tibi hinc ést foras,
41. Circumspectatrix cum oculis emissiciis.
. . . .
53. Oculos hercle ego istos, improba, ecfodiam tibi,
54. Ne me observare possis, quid rerum geram.
55. Abscéde *etiam nunc, étiam nunc*[2], etiám — ohe,
56. Istic astato. Si hercle tu ex istoc loco
57. Digitum transvorsum aut unguem latum excesseris
58. Aut si respexis, donicum ego te iussero,
59. Continuo hercle ego te dedam discipulam cruci.

Aulularia 415 (*tene tene*):

Idem senex cum coquo loquitur.

415. SEN. Redi, quó fugis nunc? *Téne tene*[2]. COQ. Quid stólide, clamas?
416. SEN. Quia ad trisviros iam ego deferam nomen tuom. COQ. Quam ob rem?
417. SEN. Quia cultrum habes. COQ. Cocum decet . . . . .
. . . .

1) accentu mutato.
2) accentu mutato et quantitate.

Aulularia 713 (*tene tene*):

Idem senex avarus, quaerens aliquem quem pecuniam absconditam surripuisse putat, secum loquitur ira ad furorem vergente.

713. Perii, ínterii, occidi. Quó curram? Quo nón curram? *Tene, téne*[1]). Quem? Quis?
714. Nescio, nihil video, caecus eo atque equidem quo eam aut ubi sim aut qui sim
715. Nequeo cum animo certum investigare: obsecro vos ego, mi auxilio,
716. Oro obtestor, sitis et hominem demonstretis quis eam (*sc. ollam*) abstulerit.

Laetitiae:

Aulularia 677 (*euge euge*):

Servus quidam, qui senem avarum de pecunia abscondenda loquentem audit, secum loquitur.

673. Senex. Nunc hoc ubi abstrudam cogito solum locum.
674. Silvani lucus extra murumst avius,
675. Crebro salicto oppletus: ibi sumam locum.
676. Certumst, Silvano potius credam quam Fide. —
677. Servus. *Euge euge,* di me salvom et servatum volunt.
678. Iam ego illuc praecurram atque inscendam aliquam in arborem
679. Indeque observabo aurum ubi abstrudat senex.

Curculio 166 (*Palinure Palinure*):

Adulescens cum servo Palinuro loquitur, amica sua glorians.

162. Amica. Ubi tu 's, qui me convadatu 's Veneriis vadimoniis?
163. Sisto ego tibi me et †mihi contra itidem ut sistas suadeo.
164. Adul. Assum: nam si absim, haud recusem quin mihi male sit, mel meum.
165. Amica. Anime mi, †procul amantem abesse haud consentaneumst.
166. Adul. *Pálinure, Palinúre*[1]). Pal. Eloquere, quid est quod Palinurum voces?
167. Adul. Est lepida. Pal. Nimis lepida. Adul. Sum deus......

---

1) accentu mutato et quantitate.

Trinummus 1174 (*aperite hoc, aperite*):

Lysiteles adulescens Lesbonico amico, cui veniam a patre impetratam nuntiare festinat.

1174. Lys. *Áperite* hoc (*sc. ostium*), *aperíte*[1]) propere et Lesbonicum, si domist,
1175. Foras vocate: ita subitost propere quod eum conventum volo.

Leporis:

Miles Gloriosus 683 (*te te*):

Senex cum adulescente loquitur.

679. Sen. Nam mihi deum virtute dicam propter divitias meas
680. Licuit uxorem dotatam genere summo ducere:
681. Sed nolo mihi oblatratricem in aedis intro mittere.
682. Adul. Qur non vis? Nam procreare liberos lepidumst opus.
683. Sen. Hercle vero liberum esse *tete*, id multo lepidiust.

(Si cum Leone, Goetzio et Schoellio, auctore A, versum 683 ita legere licet, quippe in loco valde corrupto, geminatio tete complet iocum in verbis 'liberos' et 'liberum' situm)

Magnificentiae et gravitatis:

Pseudolus 243 (*hodie nate, heus hodie nate*):

Servus cum lenone, quem circumducere cupit, quique diem agit natalem, ironice loquitur.

243. *Hodie nate, heus, hodie nate*: tibi ego dico: heus hodie nate,
244. Redi et respice ad nos. Tametsi occupatu's,
245. Moramur. Mane: em conloqui qui volunt te.

Pseudolus 702 (*Io Io, te te*):

Pseudolus servus cum adulescente ero suo ironice loquitur.

700. Adul. (*ad amicum*). . . . . . . Nimiumst mortalis graphicus: εὑρετής mihist:
701. Is mihi haec sese ecfecturum dixit quae dixi tibi.
702. Pseud. Magnufice hominem compellabo. Adul. Quoia vox resonat? Ps. *Io*,
703. *Io*[1]), *te te* turanne, te rogo qui imperitas Pseudolo.

---

1) accentu mutato et quantitate.

704. Quaero quoi ter trina triplicia tribus modis tria gaudia
705a. Artibus tribus ter demeritas dem laetitias de tribus
705b. Fraude partas, per malitiam, per dolum et fallaciam:
706. In libello hoc opsignato hoc attuli pauxillulo.
707. ADUL. Illic homost. AMICUS. Ut paratragoedat carnufex.

Pseudolus 1284 (*aperite aperite*):

Pseudolus servus, qui potavit, amavit, saltavit cum ero minore, domum rediens ad Simonem erum maiorem magnifice idemque superbe vociferatur ad fores.

1246. SERV. Quid hoc? Sicine hoc fit? pedes, statin an non?

. . . .

1280a. Nimiae tum voluptati edepol fui.
1280b. Ob casum (*Post saltationem enim ceciderat.*) datur cantharus: bibi
1281. Commuto ilico pallium, illud posivi:
1282. Inde huc exii, crapulam dum amoverem.
1283. Nunc ab ero ad erum meum maiorem venio foedus (cf. 508—515) commemoratum.
1284. *Aperite, aperite.* Heus, Simoni me adesse aliquis nuntiate.

Truculentus 551 (*ite ite*):

Servus permulta dona afferens amicae eri sui, magnifice idemque iocose indignans.

549. MILES. Quis hic homost, qui inducit pompam tantam? Certumst quo ferant
550. Observare: huic credo fertur: verum iam scibo magis.
551. *Ite, ite* hac simul, muli erei damnigeruli †foras gerronis
552. Bonorum exagogae.

Minationis:

Mercator 189 (*eho tu eho tu*):

179. ADUL. Obsecro hercle te, istuc ut tu mihi malum facias palam.
180. SERV. Eloquar: quandoquidem me oras: Tuos pater — AD. Quid meus pater?
181. SERV. Tuam amicam — AD. Quid eam? SERV. Vidit. AD. Vidit? Vae misero mihi.
182. Qui potuit videre? SERV. Oculis. AD. Quo pacto? SERV. Hiantibus.

. . . .

186. Ad. Certen vidit? Serv. Tam hercle certe, quam ego te aut tu me vides.
187. Ad. Ubi eam vidit? Serv. Intus intra navem, ut prope astitit,
188. Et cum ea confabulatast. Ad. Perdidisti me, pater.
189. (*Ad servum se vertens*). *Eho tu, eho tu,* quin cavisti, ne eam videret, verbero?

Pseudolus 133 (*exite* agite *exite*):

Leno servis suis.

133. Leno. *Exíte, agite exite*[1]), ígnavi, male hábiti et male concíliati.
134. Quorum nunquam quicquam quoiquam venit in mentem ut recte faciant.

. . . .

Psendolus 307 (*det det*), 310 (*utut*):

Leno adulescentem amore perditum, nullum habentem nummum, minaciter et contemptim alloquitur.

299. Ad. Nimis miser sum: nummum nusquam reperire argenti queo.
300. Ita miser et amore pereo et inopia argentaria.

. . . .

306. Leno. Non est iustus quisquam amator nisi qui perpetuat data:
307. *Det, det* usque: quando nil sit, simul amare desinat.
308. Ad. Nilne te miseret? Leno. Inanis cedis: dicta non sonant.
309. Atque ego te vivom salvomque vellem. Servus (*fidelis adulescentis*). Eho, an iam mortuost?
310. Leno. *Utut* est, mihi quidem profecto cum istis dictis mortuost.
311. Ilico vixit amator, ubi lenoni supplicat.

Truculentus 621 (*iam iam iam*):

Miles cum servo alieno loquitur.

613. Mil. Verbum unum adde istoc: iam hercle ego te hic hac offatim offigam.
614. Serv. Tange modo: iam ego te hic agnum faciam et medium distruncabo.
615. Si tu ad legionem bellator clues, at ego in culina clueo.

. . . .

620. Mil. Perii hercle hodie, nisi hunc a te abigo. Serv. Accede huc modo, adi huc modo.

---

1) accentu mutato.

621. Mil. Etiam, scelus viri, minitare, quem ego *iam iam iam* concipulabo:
622. Quid tibi huc ventiost? Quid tibi hanc aditiost?
623. Quid tibi hanc notiost, inquam, amicam meam?
624. Emoriere ocius, nisi manu viceris.

Misericordiae:

Bacchides 814 (*Stulte stulte*):

Servus cum sene, qui sentit se ab eo esse circumductum, sed nondum omnia perspicit, misericordia commotus contemptim loquitur.

799. Sen. (*lorario*). Constringe tu illic, Artamo, actutum manus.
800. Serv. Quid feci? Sen. Inpinge pugnum, si muttiverit.
801. Quid hae locuntur litterae? Serv. Quid me rogas?

. . . .

807. Quis homost qui dicat me dixisse istuc. Sen. Tace.
808. Nullus homo dicit: hae tabellae te arguont, ...

. . . .

814. Serv. O *stulte, stulte*, nescis nunc venire te:
815. Atque in eopse adstas lapide, ut praeco praedicat.

. . . .

821. Nec sentit: tantist quantist fungus putidus.

Captivi 200 (*Oh, Oh, Oh*):

Duo captivi misericordia sui invicem commoti.

197. Lorarius. Domi fuistis credo liberi:
198. Nunc servitus si evenit, ei vos morigerari mos bonust
199. †Eamque et erili imperio ingeniis vostris lenem reddere.
200. Indigna digna habenda sunt erus quae facit. Capt. *Oh, oh, oh.*

Mercator 683 (*Dorippa, mea Dorippa*):

Anus ancilla ex interiore parte domus cum era loquitur misericordia et indignatione commota.

681. Anc. Disperii: perii misera: vae miserae mihi.
682. Era. Satin tu sana 's, obsecro? Quid eiulas?
683. Anc. *Dorippa, mea Dorippa.* Era. Quid †clamas obsecro?
684. Anc. Nescioquaest mulier intus hic in aedibus.

685. Era. Quid, mulier? Anc. Mulier meretrix. Era. Veron serio?

. . . .

689. Anc. . . . . . . Illam esse amicam tui viri bellissimi.

Pseudolus 1320 (*heu heu*):

Senex a servo suo deceptus, quocum foedus pepigerat, ne servus puniretur, si consilium ei successisset. (508—515).

1316. Sen. Quid ego huic homini faciam? Satin ultro et argentum aufert et me inridet?
1317. Serv. Vae victis. Sen. Vorte ergo umerum.
1318. Serv. Em. Sen. Hoc ego numquam ratus sum
1319. Fore me ut tibi fierem supplex.
1320. †*Heu heu.* Serv. Desine. Sen. Doleo. Serv. Ni doleres tu, ego dolerem.

Patientiae:

Amphitruo 1101 (*utut*):

Amphitruo cum ancilla, quae partum Alcmenae narrat, loquitur.

1084. Am. At me uxor insanum facit
1085. Suis foedis factis. Anc. At ego faciam tu idem ut aliter praedices,

. . . .

1088. Omnium primum Alcumena geminos peperit filios.
1089. Am. Ain tu, geminos? Anc. Geminos. Am. Di me servant. Anc. Sine me dicere,
1090. Ut scias tibi tuaeque uxori deos esse omnis propitios.
1091. Am. Loquere . . . .

. . . .

1100. Anc. Ita profecto sine dolore peperit. Am. Iam istuc gaudeo,
1101. *Utut* erga me meritast.

Asinaria 327 (*age age*):

Servus conservo patienter fortasse ira vel festinatione compressa.

325. Serv. Quin rem actutum edisseris? Cupio malum nanciscier.
326. Cons. Placide ergo unum quidquid rogita, ut adquiescam: non vides
327. Me ex cursura anhelitum etiam ducere? Serv. *Age age,* mansero
328. Tuo arbitratu, vel adeo usque dum peris.

Bacchides 1191 (*utut*):

Senex meretrici pellicienti, ut una cum sene amico intret in aedes suas (ubi eorum filii iam sunt), ibique potent et ament.

1175. MER. I hac mecum intro: atque ibi si quid vis filium concastigato.

. . . .

1181. I hac mecum intro: ubi tibi sit lepide victibus, vino atque unguentis.

. . . .

1190. SEN. Egon ubi filius corrumpatur meus, ibi potem? AMICUS. Potandumst.
1191. SEN. Age iam, id *utut* est, etsist dedecori, patiar, facere inducam animum:

Miles Gloriosus 1024 (*age age*):

Servus militis et ancilla militem astantem circumducere conantur.

1019. ANCILLA. Sed hic numquis adest? SERV. Vel adest vel non. ANC. Cedo te mihi solae solum.
1020. SERV. Brevin an longinquo sermone? ANC. Tribus verbis. SERV. (*ad militem se convertens*) Iam ad te redeo.
1021. MIL. Quid ego? Hic astabo tantisper cum hac forma et factis sic frustra?
1022. SERV. Patere atque asta: tibi ego hanc do operam. MIL. †Properando excrucior.
1023. SERV. Pedetemptim tu scis tractari solitas hasce huius modi mercis.
1024. MIL. *Age age*, ut tibi maxume concinnumst.

Pavoris:

Casina 621 (*nulla sum, nulla sum; tota tota*):

Ancilla senem erum suum pavorem fingens alloquitur.

621. ANC. *Núlla sum, núlla sum: tóta tota*[1]) óccidi.
622. Cor metu mortuomst, membra miserae tremunt:

. . . .

---

[1]) accentu mutato.

655. Tua ancilla, quam tu tuo vilico vis
656. Dare uxorem, ea intus. SEN. Quid intus? Quid est?

. . . .

670. ANC. Per omnis deos et deas deieravit
671. Occisurum eum hac nocte quicum cubaret.

Cistellaria 703 (*periit periit*):

Ancilla postquam amissam cistellam frustra investigavit, secum loquitur.

703. ANC. Actam rem ago. Quod *periit, periit,* meum corium cum cistella.

Rudens 169 (*nunc nunc*):

Servus cum sene ero suo loquitur in litore.

162. SERV. Quod facinus video? SEN. Quid vides? SERV. Mulierculas
163. Video sedentis in scapha solas duas.
164. Ut adflictantur miserae. . . . .

. . . .

167. Non vidisse undas me maioris censeo.
168. Salvae sunt, si illos fluctus devitaverint.
169. *Nunc nunc* periclumst: *eiecit alteram
170. At in vadost: iam facile enabit. Eugepae
171. Viden alteram illam ut fluctus eiecit foras?

**Addendum*: unda.

Perturbationis:

Amphitruo 263 (*attat*):

Mercurius secum loquitur.

263. *Attat,* illic huc iturust: ibo ego illic obviam:
264. Neque ego hunc hominem hodie ad aedis has sinam umquam accedere.
265. Quando imagost huius in me, certumst hominem eludere.

Aulularia 411 (*attat*):

Coquus fustibus castigatus a sene avaro suspicioso.

406. COQ. †Optati vives populares, incolae, accolae, advenae omnes,
407. Date viam qua fugere liceat, facite totae plateae pateant.
408. Neque ego umquam nisi hodie ad Bacchas veni in Bacchanal coquinatum:
409. Ita me miserum et meos discipulos fustibus male contuderunt.
410. Totus doleo atque oppido perii: ita me iste habuit senex gymnasium.

411. *Attat*, perii hercle ego miser: aperit Bacchanal: adest:
412. Sequitur. Scio rem geram: hoc ipsus magister me docuit.
(Coquus effugit).

Aulularia 655 (*mane mane*):

Senex avarus servo cuidam qui ne viderit se aurum abscondisse timet; postea (655) alterum furem adesse falso putat.

640. SENEX. Ostende huc manus.
641. SERV. Em tibi, ostendi: eccas. SEN. Video. Age ostende etiam tertiam.
642. SERV. Larvae hunc atque intemperiae insaniaeque agitant senem.

. . . .

655. SEN. *Máne mane*[1]): quis illic ést? Quis hic intus álter erat tecúm simul?

Aulularia 665 (*attat*):

Servus quidam secum loquitur insidians seni avaro.

661. SEN. Emortuom ego me mavelim leto malo
662. Quam non ego illi dem hodie insidias seni.
663. Nam hic iam non audebit aurum abstrudere:
664. Credo ecferet iam secum et mutabit locum.
665. *Attat*, foris crepuit: senex eccum aurum ecfert foras.

Aulularia 712 (*attat*):

Servus quidam secum loquitur narrans se in arbore sedentem seni avaro insidiatum esse.

706. SERV. . . . . me conlocavi in arborem:
707. Indeque expectabam aurum ubi abstrudebat senex.
708. Ubi ille abiit, ego me deorsum duco de arbore:
709. Ecfodio aulam auri plenam: inde exeo ilico.

. . . .

712. *Attat*: eccum ipsum. Ibo, ut hoc condam domum.

---

1) accentu mutato et quantitate.

Casina 434 (*attat*):

Servus secum loquitur.

424. Serv. Si nunc me suspendam, meam operam luserim.
425. Et praeter operam restim sumpti fecerim
426. Et meis inimicis voluptatem creaverim.

. . . .

434. *Attat*, concedam huc: audio aperiri fores.

Casina 460 (*illuc est illuc*):

Servus secum loquitur, qui senem et vilicum senis colloquentes clam observat, cuique repentino succurrit seni in animo esse vilicum facere pathicum.

455. Serv. (*secum*). †Ecfodere hercle hic volt, credo, vesicam vilico.
456. Vil. (*senem alloquens*). Ecquid amas nunc me? Sen. Immo edepol me quam te minus.
457. Licetne amplecti te? Serv. (*secum*). Quid 'amplecti'? Vil. Licet.
458. Sen. Ut, quia te tango, mel mihi videor lingere.
459. Vil. Ultro te, amator, apage te a dorso meo.
460. Serv. (*secum*). *Illúc est, illuc*[1]), quód hic hunc fecit vílicum.
461. Et idem me pridem, quom ei advorsum veneram,
462. Facere atriensem voluerat sub ianua.

. . . .

465. Hodie hercle, opinor, hi conturbabunt pedes:
466. Solet hic barbatos sane sectari senex.

Casina 619 (*attat*):

Senex amore ancillae suae deperditus fortuna non adiutus, secum loquitur.

616. Sen. Qua ego hunc amorem mi esse avi dicam datum
617. Aut quid ego umquam erga Venerem inique fecerim,
618. Quoi sic amanti mi obviam eveniant morae.
619. *Attat*,
620. Quid illuc clamoris, opsecro, in nostrast domo?

Casina 723 (*attat*):

Servus senem intrantem salutat.

720. Serv. Vide, fur, ut sentis sub signis ducas. Coq. Qui vero hi sunt sentis?
721. Serv. Quia quod tetigere, ilico rapiunt: si eas ereptum, ilico scindunt.

---

1) accentu mutato.

722. Ita quoquo adveniunt, ubi ubi sunt, duplici damno dominos multant
723. Coq. Heia. Serv. *Attat*, cesso magnufice patriceque amicirier atque ita ero
724. Meo ire advorsum?
725. Sen. Bone vir, salve.

Cistellaria 701 (*attat*):

Halisca ancilla cistellam amissam investigans et secum loquens ab era et servo convenitur.

693. Hal. (*anc.*). Halisca, hoc age, ad terram aspice et despice,
694. Oculis in vestigiis astute augura.

. . . .

698. Sed is hac iit: hac socci video vestigium in pulvere: persequar hac.
699. In hoc iam loco cum altero constitit. Hic meis turba oculis modo se obiecit.
700. Neque prorsum iit hac: hic stetit, hinc illuc exiit. Hic †concilium fuit.
701. Ad duos attinet: †liquis. *Attat* singulum video †vestigium.

Curculio 156 (*tace tace*):

Adulescens ad fores amicae aedium.

147. Adul. Pessuli, heus pessuli, vos saluto lubens,
148. Vos amo, vos volo, vos peto atque obsecro,
149. Gerite amanti mihi morem, amoenissimi:
150. Fite causa mea ludii barbari,
151. Sussilite, obsecro, et mittite istanc foras,
152. Quae mihi misero amanti ebibit sanguinem.
153. Hoc vide ut dormiunt pessuli pessumi
154. Nec mea gratia commovent se ocius.
155. †Respicio nili meam vos gratiam facere.
156. Sed *tace, tace*. Serv. Taceo hercle quidem. Adul. Sentio sonitum:
157. Tandem edepol mihi morigeri pessuli fiunt.

Curculio 233 (*iamiam*):

Servus secum loquitur.

230. Serv. Quis hic est homo
231. Cum collativo ventre atque oculis herbeis?

232. De forma novi: de colore non queo
233. Novisse. *Iamiam* novi: lenost Cappadox.
234. Congrediar.

Curculio 276 (*exi exi exi*):

Servus magna voce loquitur.

274. Serv. Pro di immortales, quem conspicio? Quis illic est?
275. Estne hic parasitus, qui missust in Cariam? (*Unde pecuniam valde optatam ad Phaedromum adulescentem servi erum afferret.*)
276. Heus Phaedrome, *exi*, *exi*, *exi* inquam ocius.
277. Adul. Quid istic clamorem tollis? Serv. Parasitum tuom
278. Video currentem, ellum usque in platea ultima.

Curculio 583 (*attat*):

Lenoni miles qui repentino sentit se
a Curculione servo esse circumductum.

566. Leno, Quod fui iuratus, feci. Miles. Reddin annon virginem?

. . . .

581. Leno. Ego illam reddidi qui argentum a te attulit.
Miles. Quis is est homo?
582. Leno. Tuom libertum esse aiebat sese Summanum.
Miles. Meum?
583. *Attat*, Curculio hercle verba mihi dedit, quom cogito:
584. Is mihi anulum subripuit.

Menaechmi 180 (*mane mane*):

Adulescens parasitum alloquitur.

178. Adul. Placide pulta. Par. Metuis credo, ne fores Lamiae sient.

. . . .

180. Adul. *Mâne mane*[1]), obsecro hércle: eapse eccam éxit: oh, solém vides,
181. Satin ut occaecatust prae huius corporis candoribus?

Mostellaria 506 (*st st*):

Tranio servus, qui suscepit senem erum suum ab aedibus deterrendum, seni narravit in aedibus obviam fieri hominibus intrantibus umbram mortui. Tum (506) audit intus strepitum, quem se credere simulat a mortuo esse effectum.

505. Serv. Quae hic monstra fiunt, anno vix possum eloqui.
506. *St st*.
507. Senex. Quid obsecro hercle factumst? Serv. Concrepuit foris.

---

1) accentu mutato et quantitate.

Persa 722 (*attat*):

Repente lenoni succurrit se inter sermonem aliquid dicere oblitum esse.

722. LENO. *Attat*, oblitus sum intus dudum edicere
723. Quae volui edicta.

Poenulus 821 (*attat*):

817. SERV. Expecto, quo pacto meae techinae processurae sient.
818. Studeo hunc lenonem perdere: ita meum erum miserum macerat:
819. Is me autem porro verberat, incursat pugnis, calcibus.
820. Servire amanti miseriast, praesertim qui quod amat caret.
821. *Attat*, e fano recipere video se Syncerastum,
822. Lenonis servom. Quid habeat sermonis auscultabo.

Pseudolus 600 (*tace tace*);

Servus caculam militis videns advenientem, cui verba dare cupit.

595. CACULA. Hi loci sunt atque hae regiones quae mi ab ero sunt demonstratae,
596. Ut ego oculis rationem capio: quom mi ita dixit erus meus miles:
597. Septumus esse aedis a porta, ubi ille habitet leno quoi iussit
598. Symbolum me ferre et hoc argentum. Nimis velim certum qui id mihi faciat:
599. Ballio leno ubi hic habitat?
600. SERV. St, *táce tace*[1]): meus hic ést homo, ni omnés di atque homines déserunt.
601. Novo consilio nunc mihi opus est: nova res haec subito mi obiectast.

(Totum versum 600 plerique editores expungunt. Malim servare verba St, tace tace.)

Trinummus 1180 (*pater pater*):

1176. ADUL. Quis homo tam tumultuoso sonitu me excivit foras?
1177. AMICUS. Benevolens tuos atque amicus. ADUL. Satine salve? Dic mihi.
1178. AM. Recte: tuom patrem rediisse salvom peregre gaudeo.
1179. AD. Quis id ait? AM. Ego. AD. Tun vidisti? AM. Et tute idem videas licet.
1180. AD. O *pater*, *pater* mi, salve. PATER. Salve multum, gnate mi.

(Adulescens perturbatus, fortasse etiam cum pudore, loquitur, quia patre absente prodige vixerat.)

---

1) accentu mutato et quantitate.

Truculentus 575 (*attat*):

Servus secum loquitur.

568. Serv. Meretricem ego item esse reor mare ut est:
569. Quod des devorat nec datis umquam abundat.
. . . .
571. Des quantumvis, nusquam apparet neque datori neque acceptrici.
572/3. Velut haec meretrix meum erum miserum sua blanditia intulit in pauperiem,
574. Privavit bonis luce honore atque amicis.
575. *Attat* eccam adest propinque: . . . .

Postulationis sive obtestationis:

Asinaria 229 (*mane mane*):

Adulescens lenam alloquitur, quae sermoni finem facere cupit.

228. Lena. Remeato audacter, mercedem si eris nactus: nunc abi.
229. Adul. *Máne mane*[1]), audi: díc, quid me aequom cénses pro illa tíbi dare,
230. Annum hunc ne cum quiquam alio sit?

Curculio 147 (*pessuli pessuli*):

Adulescens ad fores aedium amicae blandis verbis pessulos alloquitur.

147. Adul. *Pessuli heus pessuli*, vos saluto lubens,
148. Vos amo, vos volo, vos peto atque obsecro,
149. Gerite amanti mihi morem, amoenissimi:
. . . .
151. Sussilite, obsecro, et mittite istanc foras,
152. Quae mihi misero amanti ebibit sanguinem.
153. Hoc vide ut dormiunt pessuli pessumi
154. Nec mea gratia commovent se ocius.

Curculio 310 (*retine retine*):

Parasitus cum adulescente loquitur.

309. Adul. Quid tibist? Paras. Tenebrae oboriuntur, genua inedia succidunt.
310. Adul. Lassitudine hercle credo. Paras. *Retine, retine* me, obsecro.

---

[1]) accentu mutato et quantitate.

Curculio 626 (*cives cives*):

Parasitus cum milite loquitur.

624/5. Paras. Em, ut scias me liberum esse: ergo ambula in ius.
Mil. (*eum corripiens*) Em tibi.
626. Paras. O *cives cives*. Mil. Quid clamas? Adul. (*patronus parasiti*).
Quid tibi istum tactiost?

Mercator 800 (*uxor uxor*):

Vir qui meretricem domum recepit, uxorem iratam alloquitur adstante Syra ancilla, quae hoc facinus detexit.

784. Uxor. Non miror, seiquid damnei facis aut flagiti,
785. Nec pol ego patiar seic me nuptam male
786. Measque in aedis seic scorta obductarier.
787. Syra, ei, rogáto meum patrem verbeis meis,
788. Ut veniat ad me iam semul tecum. Syra. Eo.
. . . .
800. Vir. *Uxór, heus uxor* [1]), quámquam tu iratá's mihi,
801. Iubeas, si sapias, ...

Mercator 928 (*mane mane*):

Adulescens cum Charino amico loquitur, ob amicam amissam omni spe orbato et peregre profecturo.

888. Adul. tuam amicam — Amicus. Quid eam? Ad. Ubi sit
ego scio. Am. Tune, obsecro?
. . . .
901. Dic igitur, ubi illast. Ad. In nostris aedibus. Am. Aedis probas.
. . . .
915. Sed quin intro ducis me ad eam, ut videam? Ad. Paulisper
mane.
916. Am. Quid, manebo? Ad. Tempus non est intro eundi.
Am. Enicas.
. . . .
923. Ad. Mater iratast patri vehementer, quia scortum sibi
924. Ob oculos adduxerit in aedis, dum ruri ipsa abest:
925. Suspicatur illam amicam esse illi. Am. Sonam sustuli.
. . . .
927. Ad. Nunc si eo ted intro ducam — Am. Tollo ampullam
atque hinc eo.

---

1) accentu mutato.

928. AD. *Máne mane* [1]), Charíne. AM. Érras: me decipere haúd potes.
929. AD. Neque edepol volo. AM. Quin tu ergo itiner exsequi meum me sinis?
930. AD. Non sino. AM. Ego me moror. Tu, puere, abi hinc intro ocius.
931. Iam in currum escendi, iam lora in manus cepi meas.

Pseudolus 240ᵃ (*mane mane*):

Adulescens cum Pseudolo servo fideli loquitur.

231. AD. Quid mihi 's auctor huic (*sc. lenoni*) ut mittam, ne amicam hic meam prostituat?
232. SERV. Nil curassis: liquido 's animo: ego pro me et pro te curabo.
233. Iam diu ego huic bene et hic mihi volumus et amicitiast antiqua:
234. Mittam hodie huic suo die natali malam rem magnam et maturam.
235. AD. Quid opust? SERV. Potin aliam rem ut cures? AD. At — SERV. Bat. AD. Crucior. SERV. Cor dura.
236. AD. Non possum. SERV. Fac possis. AD. Quonam pacto †possim vincere animum?

. . . .

239ᵃ. O Pseudole mi, sine sim nili:
239ᵇ. Mitte me sis. SERV. Sine modo ego abeam. (*Servus minans se abiturum.*)
240ᵃ. AD. *Mane máne* [2]): iam ut voles med ésse ita ero.
240ᵇ. SERV. Nunc tu sapis . . . .

Trinummus 870 (*aperite aperite*):

Sycophanta ianuam pultat adstante sene domino aedium.

866. SYC. Has regiones demonstravit mihi ille conductor meus:
867. Apud illas aedis sistendae mihi sunt sycophantiae.
868. Fores pultabo. SEN. (*secum*). Ad nostras aedis hicquidem habet rectam viam:
869. Hercle opinor mi advenienti hac noctu agitandumst vigilias.
870. SYC. *Áperite hoc, aperíte* [3]). Heus, ecquis his fóribus tutelám gerit?

. . . .

---

1) accentu mutato et quantitate.
2) accentu mutato.
3) accentu mutato et quantitate.

Stuporis:

Amphitruo 765 (*mane mane*):

Amphitruo domum revertit, postquam Iuppiter congressus est cum Alcmena.

758. AM. Tune me heri advenisse dicis? ALCM. Tun te abisse hodie hinc negas?
757. AM. Nego enimvero et me advenire nunc primum aio ad te domum.
760. ALCM. Obsecro, etiamne hoc negabis, te auream pateram mihi
761. Dedisse dono hodie, qua te illi donatum esse dixeras?
762. AM. Neque edepol dedi neque dixi: verum ita animatus fui
763. Itaque nunc sum, ut ea te patera donem. Sed quid istuc tibi
764. Dixit? ALCM. Ego equidem ex te audivi et ex tua accepi manu
765. Páteram. AM. *Mane mane*[1], óbsecro te. Nímis demiror, Sósia[2],
766. Qui illaec illic me donatum esse aurea patera (cf. 260, 419, 534.) sciat
767. Nisi tu dudum hanc convenisti et narravisti haec omnia.
768. SOSIA. Neque edepol ego dixi neque istam vidi nisi tecum simul.

Amphitruo 791 (*Iuppiter Iuppiter*):

791. SOSIA SERVUS. *Iuppiter, pro Iuppiter.*
792. AMPH. Quid tibist? SOSIA. Hic patera nulla in cistulast. AMPH. Quid ego audio?
793. SOSIA. Id quod verumst. AMPH. At cum cruciatu iam, nisi apparet, tuo.

Bacchides 411 (*ei mihi ei mihi*):

Lydus servus paedagogus cum adulescente ero suo minore, postea (405) cum sene ero suo maiore loquitur.

145. PAED. Tu amicam habebis? ADUL. Quom videbis, tum scies.
146. PAED. Immo neque habebis neque sinam: †iturus sum domum. (*fortasse ad patrem admonendum*)

. . . .

405. PAED. Nunc experiar, sitne aceto tibi cor acre in pectore:
406. Sequere. SENEX. Quo sequar? Quo ducis nunc me? PAED. Ad illam quae tuom

---

1) Accentu mutato et quantitate.

2) Amphitruo Alcmenam retinet, ne abeat. Postea Sosiam servum suum interrogat, num is forte Alcmenae consilium narraverit.

407. Perdidit pessum dedit tibi filium unice unicum.
408. SENEX. Heia, Lyde, leniter qui saeviunt sapiunt magis.
409. Minus mirandumst, illaec aetas si quid illorum faciat
410. Quam si non faciat: feci ego istaec itidem in adulescentia.
411. PAED. *Ei mihi, ei mihi*, †istaec illum perdidit assentatio.

(*Indignatione cum desperatione mixta.*)

Miles Gloriosus 415 (*a. Palaestrio Palaestrio, b. Sceledre, Sceledre. a.* veri *b.* ficti stuporis):

Versu 415 Sceledrus, militis servus stultus et circumductus, cum Palaestrione servo, qui eum fefellit, loquitur. Dicit autem Philocomasium, amicam militis, in altera ex aedibus geminis se vidisse amplectantem alium adulescentem. Quod ne domino nuntiet, Palaestrio, festivis dolis efficit (271—410). Tum ipsa Philocomasium ex aedibus egreditur alterius sororis personam agens, et quasi nuper advenerit diisque propter adventum sacrificatura sit, ancillam iubet ignem in aram ante aedes positam inferre.

411. PHILOC. Inde ignem in aram, ut Ephesiae Dianae laeta laudes
412. Gratesque agam eique ut Arabico fumificem odore amoene:
413. Quae me in locis Neptuniis templisque turbulentis
414. Servavit, saevis fluctibus ubi sum adflictata multum.
415. SCEL. *Palaestrio, o Palaestrio.* PAL. *O Sceledre, Sceledre,* quid vis?
416. SCEL. Haec mulier quae hinc exit modo estne erilis concubina
417. Philocomasium an non est ea. PAL. Hercle opinor, ea videtur.
418. Sed facinus mirumst, quo modo haec hinc huc transire potuerit:
419. Si quidem east. SCEL. An dubium tibist eam esse hanc? PAL. Ea videtur.
420. SCEL. Adeamus, appellemus. Heus, quid istuc est, Philocomasium?

. . . .

428. . . . . SCEL. Non nos novisti? PHILOC. Neutrum . . . . .

. . . .

441. SCEL. Quid hic tibi in Ephesost negoti? PHILOC. Geminam germanam meam
442. Hic sororem esse indaudivi: eam veni quaesitum. . . . . .

Trepidationis:

Asinaria 287 (*ubi ubi*):

Servus Libanum conservum quaerens, qui occultus adest.

287. Serv. Perii ego oppido, nisi Libanum invenio iam, *ubi ubist* gentium.
288. Cons. Illic homo socium ad malam rem quaerit quem adiungat sibi.
289. Non placet: pro monstro extemplost, quando qui sudat tremit.

Casina 834 (*ite iam, ite iam*):

815—824 Ancilla cum armigero (769) ironice loquitur, cui una cum era sua muliebrem vestem induit, ut senex erus eum inveniat pro vilici sui sponsa, cuius primam noctem a vilico impetravit.

815/16. Anc. Sensim †supera tolle limen pedes, mea nova nupta:
817. Sospes iter incipe hoc, ut viro tuo
818 Semper sis superstes,
819/20. Tuaque ut potior pollentia sit, vincasque virum victrixque sies,
821/22. Tua vox superet tuomque imperium: vir te vestiat, tu virum despolies.
823. Noctuque et diu ut viro subdola sis,
824. Opsecro, memento.

825—828. *Olympio vilicus et senex erus occulti adstantes inter se loquuntur:*

825. Vil. Malo maxumo suo hercle ilico, ubi tantillum peccassit —
826. Sen. Tace. Vil. Non taceo. Sen. Quae res? Vil. Malae male monstrant.
827. Sen. Facies tu hanc rem mi ex parata imperatam:
828. Id quaerunt volunt, haec ut infecta faciant.

Era, senis uxor, vilicum sponsum vocat:

829. Era. Age, Olympio, quando vis uxorem,
830. Accipe hanc a nobis.
831. Vil. Date ergo, daturae si umquam estis hodie uxorem.
832. Sen. Abite intro. Era. Amabo, integrae atque imperitae huic
833. Impercito. Vil. Futurumst.
834. Valete. Sen. *Ite iam, ite iamiam.* Valete.
835. Sen. Iamne abscessit uxor? Vil. Domist: ne time. Sen. Euax,
836. Nunc pol demum ego sum liber.

837. Meum corculum, melculum, verculum. VIL. Heus tu,
838. Malo, si sapis, cavebis:
839. Meast haec. SEN. Scio: sed meus fructus est prior.

834. Locus corruptus. Editores verba varie diviserunt et compleverunt. Spatia ante utrumque ite et ante alterum iam Leo explevit 'OL. LYS. PAR' interpositis; Goetzius et Schoellius 'LYS. CLE'. — Ego addere malim iam seu iamiam, ita ut fiat: ite iam, ite iamiam. Si ita legimus, alterum 'valete' a vilico, alterum a sene dicitur, qui ambo cupiunt ceteros abire.

Vis comica huius trepidationis augetur eo quod intus est armiger muliebri veste ornatus. Magis augeatur, si verba ite iam ite iamiam ex formula quadam sacrali sumpta esse putare nobis liceat. (Cf. Ed. Norden, Verg. Aen. VI, p. 136.)

Mostellaria 373 (*Callidamates Callidamates*):

363—372. Tranio servus cum Philolache adulescente loquitur, qui patre peregrinante bacchanal domi fecit.

363. ADUL. †Adest opsonium: eccum Tranio a portu redit.
. . . .
366. SERV. Pater, inquam, tuos venit. AD. Ubi is est, obsecro? SERV. **adest.
367. AD. Quis id ait? Quis vidit? SERV. Egomet, inquam, vidi. AD. Vae mihi.
369. . . . . AD. Occidi,
370. Si tu vera memoras . . . .
371. AD. Quid ego nunc faciam? SERV. Iube haec hinc omnia amolirier.
372. Quis istic dormit? AD. Callidamates. Suscita istum, Delphium.

(Meretrix adulescentem crapulam edormientem alloquitur):

373. DELPHIUM. *Callidamates, Callidamates* vigila . . . .
374. Vigila: pater advenit peregre Philolachae . . . .
. . . .
376. PHILOL. Quaeso edepol *, exsurge: pater advenit . . . .
. . . .
378. Quid ego agam? Pater iam hic me offendet miserum adveniens ebrium,
379. Aedis plenas convivarum et mulierum.

Poenulus 717 (*age age*):

711. ADUL. Quid est? Quid voltis, testes? TESTES ADVOCATI. Specta ad dexteram:
712. Tuos servos aurum ipsi lenoni dabit. (*sc. ut circumducatur leno.*)

713. Serv. (*lenoni*). Age accipe hoc sis: heic sunt numerati aurei
714. Trecenti nummi qui vocantur Philippei.
715. Hinc me procura: propere hosce apsumi volo.
716. Leno. Edepol fecisti prodigium promum tibi,
717. Age eamus intro. Serv. Te sequor. Leno. *Age age* ambula:
718. Ibi quae relicua alia fabulabimur.

B. Ex Terentio[1]).

Adhortationis:

Adelphoe 877 (*age age*):

Demea senex ipse se adhortatur ut mores mutet.

877. *Age age* nunc porro experiamur contra ecquid ego possiem
878. Blande dicere aut benigne facere, quando hoc provocat (*sc. frater*).
879. Ego quoque a meis me amari et magni pendi postulo.
880. Si id fit dando atque obsequendo, non posteriores feram.

Admirationis:

Adelphoe 394 (*quantus quantus*):

Servus cum Demea sene ironice loquitur, qui putat se filium alterum suum bene educasse. Alterum tamen fratri suo educandum dederat, qui adulescentem potare et amare passus est, cf. 101—103.

388. . . . . . Senex. Quid? Istaec iam penes vos (*sc. in domo fratris senis, qui alterum filium adoptaverat.*) psaltriast?
389. Serv. Ellam intus. Sen. Eho, an domist habiturus?
Serv. Credo, ut est
390. Dementia. Sen. Haecin fieri! Serv. Inepta lenitas
391. Patris (*sc. patrui qui adulescentem adoptaverat.*) et facilitas prava.
Sen. Fratris me quidem
392. Pudet pigetque. Serv. Nimium inter vos, Demea,
393. (Non quia ades praesens dico hoc) pernimium interest.
394. Tu *quantus quantu's* nil nisi sapientia es,
395. Ille somnium.

Admonitionis:

Eunuchus 337 (*heus heus*):

Verba senis cuiusdam a Chaerea adulescentulo relata.

335. Adul. Continuo adcurrit ad me, quam longe quidem,
336. Incurvos, tremulus, labiis demissis, gemens:

---

1) Textum secutus sum Fleckeiseni, ed alt. (1898).

337. '*Heus heus*, tibi dico, Chaerea', inquit. Restiti.
338. 'Scin quid ego te volebam?' "Dic." . . . . . .

Eunuchus 834 (*tace tace*):

Meretrix eiusque ancilla inter se loquuntur de virgine quadam deque eunucho ficto, qui reapse erat ephebus, virginem autem illam compresserat eunuchi veste indutus.

832. MER. Scelesta lupo ovem commisisti. Dispudet
833. Sic mihi data esse verba. Quid illud hominis est?
834. ANC. Era méa, *tace tace*[1]), óbsecro, salvaé sumus:
835. Habemus hominem ipsum. MER. Ubi is est? ANC. Em ad sinisteram.
836. Viden? MER. Video. ANC. Comprendi iube, quantum potest.

Adelphoe 281 (*heus heus*):

Adulescens Syrum servum suum alloquitur de lenone depellendo.

281. ADUL. *Heus heus*, Syre. SERV. Em quid est? ADUL. Obsecro te hercle, hominem istum inpurissimum
282. Quam primum absolvitote, ne, si magis irritatus siet,
283. Aliqua hoc permanet ad patrem atque ego tum perpetuo perierim.

Adelphoe 336 (*au au*):

325—336. Sostrata mater puerperae gravidae ex Aeschino cum Geta servo Aeschini loquitur.

Versu 336 anus nutrix Getam alloquitur, qui suadere videtur, ut Aeschini infidelitas palam proferatur.

325. MATRONA. Eloquere ergo, te obsecro, quid actumst? SERV. Iam. MATR. Quid 'iam', Geta?
326. SERV. Aeschinus MATR. Quid is ergo? SERV. alienus est ab nostra familia. MATR. Hem,
327. Perii. Qua re? SERV. Amare occepit illam. MATR. Vae miserae mihi.

. . . .

335. SERV. Era, lacrumas mitte ac potius quod ad hanc rem opus est porro prospice:

---

1) accentu mutato et quantitate.

336. Patiamurne an narremus quoipiam? ANUS. *Au au,* mi homo sanun es?
337. An hoc proferendum tibi videtur usquam?

Adelphoe 634 (*heus heus*):

Aeschinus adulescens ad aedes amicae parturientis perveniens.

632. ADUL. Nunc hoc primumst: ad illas ibo, ut purgem me. Accedam ad fores.
633. Perii: horresco semper, ubi pultare hasce occipio miser.
634. *Heus heus!* Aeschinus sum ego. Aperite aliquis actutum ostium.
635. Prodit nescio quis: concedam huc.

Affirmationis:

Andria 684 (*ubi ubi*):

Ancilla eram suam alloquitur.

684. ANC. Iam *ubi ubi* erit, inventum tibi curabo et mecum adductum
685. Tuom Pamphilum: modo tu, anime mi, noli te macerare.

Heaut. Tim. 200 (*utut*):

Senex cum filio loquitur de filii amico, qui patrem suum metuens peregre abiit.

200. FILIUS. Quid tute tecum? SEN. Dicam: *utut* erat, mansum tamen oportuit.
201. Fortasse aliquantum iniquior erat praeter eius libidinem:
202. Pateretur: nam quem ferret, si parentem non ferret suom?

Phormio 531 (*utut*):

Leno adulescentem alloquitur, qui amicam emere cupit sed nondum pecuniam dare potest.

531. LENO. Sed *utut* haec sunt, tamen hoc faciam: cras mane argentum mihi
532. Miles dare se dixit: si tu prior attuleris, Phaedria,
533. Mea lege utar, ut sit potior qui prior ad dandumst. Vale.

Phormio 820 (*utut*):

Adulescens secum loquitur.

820. Laetus sum, *utut* meae res sese habent, fratri optigisse quod vult.

Phormio 904 (*quanta quanta*):

Parasitus senes duos alloquitur.

902\. . . . . An rebamini
903\. Me non id facere quod recepissem semel?
904\. Heus, *quanta quanta* haec mea paupertas est, tamen
905\. Adhuc curavi unum hoc quidem, ut mi esset fides.

Adelphoe 248 (*utut*):

Sannio leno cum Syro servo loquitur, qui ei persuadere studet ut dimidium accipiat pecuniae (viginti minarum), quam erus servi lenoni debet ob meretricem ademptam. (Cf. 198).

239\. SERV. . . . . Vide si satis placet:
240\. Potius quam venias in periclum, Sannio,
241\. Servesne an perdas totum, dividuom face.
242\. Minas decem conradet alicunde. LENO. Ei mihi,
243\. Etiam de sorte nunc venio in dubium miser?
244\. Pudet nihil? Omnis dentis labefecit mihi,
245\. Praeterea colaphis tuber est totum caput:
246\. Etiam insuper defrudet? Nusquam abeo. SERV. Ut lubet:
247\. Numquid vis quin abeam? LENO. Immo hercle hoc quaeso, Syre,
248\. *Utut* haec sunt facta, potius quam lites sequar
249\. Meum mihi reddatur, saltem quanti emptast. Syre,
250\. Scio te antehac non esse usum amicitia mea:
251\. Memorem me dices esse et gratum . . . . . .

Animi grati:

Hecyra 856 (*Bacchis Bacchis*):

Pamphilus adulescens cum servo suo, deinde cum Bacchide, quae antea fuit amica, loquitur.

852\. ADUL. Egon qui ab orco mortuom me reducem in lucem feceris
853\. Sinam sine munere a me abire? Ah nimium me ingratum putas.
854\. Sed Bacchidem eccam video stare ante ostium:
855\. Me expectat credo: adibo. BACCHIS. Salve, Pamphile.
856\. ADUL. O *Bacchis, o mea Bacchis*, servatrix mea!
857\. BACCH. Bene factum et volup est. ADUL. Factis ut credam facis:
858\. Antiquamque adeo tuam venustatem optines,
859\. Ut voluptati obitus sermo adfatus tuos, quoquomque adveneris,
860\. Semper sit. . . . .

Adelphoe 256 (*frater frater*):

Adulescens secum loquitur de fratre, qui amicam ex lenonis manibus eripuit.

254. Abs quivis homine, quomst opus, beneficium accipere gaudeas:
255. Verum enim vero id demum iuvat, si quem aequomst facere is bene facit.
256. O *frater frater*, quid ego nunc te laudem? Satis certo scio:
257. Numquam ita magnifice quicquam dicam, id virtus quin superet tua.
258. Itaque unam hanc rem me habere praeter alios praecipuam arbitror,
259. Fratrem homini nemini esse primarum artium magis principem.

(*Cf. etiam* 268—270.)

Confidentiae:

Eunuchus 295 (*ubi ubi*):

Adulescens in via virginem visam subito amore deperit eamque e conspectu amisit.

292. Occidi!
293. Neque virgost usquam neque ego, qui illam e concpectu amisi meo.
294. Ubi quaeram, ubi investigem, quem perconter, quam insistam viam,
295. Incertus sum. Una haec spes est: *ubi ubi* est, diu celari non potest.

Phormio 303 (*non non*):

Senex cum servo suo filii magistro loquitur, quem (filium) servus ille sene peregrinante uxorem ducere sivit puellam, quam cognatam esse lepide finxit Phormio parasitus.

303. . . . . . . SEN. *Non, non* sic futurumst: non potest.
304. Egon illam cum illo ut patiar nuptam unum diem?
305. Nil suave meritumst. Hominem commonstrarier
306. Mihi istum volo aut ubi habitet demonstrarier.
307. SERV. Nempe Phormionem? SEN. Istum patronum mulieris.

Exprobrationis:

Andria 282 (*Mysis Mysis*):

Adulescens cum Myside ancilla amicae loquitur.

277. ADUL. Adeon me ignavom putas,
278. Adeon porro ingratum aut inhumanum aut ferum,
279. Ut neque me consuetudo neque amor neque pudor
280. Commoveat neque commoneat, ut servem fidem?
281. ANC. Unum hoc scio, esse hanc meritam, ut memor esses sui.
282. ADUL. Memor essem? O *Mysis Mysis*, etiam nunc mihi
283. Scripta illa sunt in animo dicta. . . . . . .

Eunuchus 91 (*Thaïs Thaïs*):

Phaedria adulescens Thaïdem meretricem amicam suam, quae pridie eum foras exclusit, cum exprobratione dolore mixto alloquitur.

81. MER. (*secum*). Miseram me! Vereor ne illud gravius Phaedria
82. Tulerit neve aliorsum atque ego feci acceperit,
83. Quod heri intro missus non est. . . . . . .

. . . .

88. . . . . MER. (*adulescentem alloquens.*) Quid taces?
89. ADUL. Sane quia vero hae mihi patent semper fores
90. Aut quia sum apud te primus. MER. Missa istaec face.
91. ADUL. Quid 'missa'? o *Thaïs, Thaïs*, utinam esset mihi
92. Pars aequa amoris tecum ac pariter fieret
93. Ut aut hoc tibi doleret itidem ut mihi dolet,
94. Aut ego istuc abs te factum nihili penderem!

Phormio 467 (*tete*), 468 (*ut ut*):

Sibi exprobrat Antipho adulescens, quod matrimonium suum non ipse a patre defendit, sed defensionem amicis delegavit.

465. Enim vero, Antipho, multimodis cum istoc animo es vituperandus.
466. Itane te hinc abisse et vitam tuam tutandam aliis dedisse!
467. Alios tuam rem credidisti magis quam *tete* animum advorsurus?
468. Nam *ut ut* erant alia, illi certe quae nunc tibi domist consuleres,
469. Nequid propter tuam fidem decepta poteretur mali:
470. Quoi nunc miserae spes opesque sunt in te uno omnes sitae.

Adelphoe 620 (*abi abi*):

Aeschinus adulescens secum loquitur de colloquio quod habuit cum Sostrata anu nutrice Pamphilae mulierculae parturientis, quam Aeschinus se ducturum spoponderat, tamen deserere videbatur.

613. Pectori consistere
614. Nil consili quit. Quo modo hac me expediam turba ? Tanta nunc
615/16. Suspicio de me incidit: vah, neque ea inmerito: Sostrata
617. Credit mihi me psaltriam emisse hanc: id anus mi indicium fecit.
618. Nam ut hinc forte ea ad obstetricem erat missa, ubi eam vidi, ilico
619. Accedo: rogito, Pamphila quid agat, iam partus adsiet,
620. Eone obstetricem arcessat. Illa exclamat '*abi, abi* iam Aeschine:
621. Satis diu dedisti verba, sat adhuc tua nos frustratast fides'.
622. "Hem, quid istuc obsecro" inquam "est?" 'Valeas, habeas illam quae placet'.

Adelphoe 630 (*utut*):

Ipse sibi exprobrat adulescens, se esse causam falsae suae famae.

629. Haec adeo mea culpa fieri fateor. Non me hanc rem patri
630. *Utut* erat gesta, indicasse! Exorassem ut eam ducerem.
631. Cessatum usque adhuc est: nunc porro, Aeschine, expergiscere!
632. Nunc hoc primumst: ad illas ibo, ut purgem me. Accedam ad fores.

Indignationis:

Hecyra 495/496 (*mane mane*):

Senex filio suo, cui in animo est uxorem repudiare, quia inter eam ac socrum inimicitiae ortae esse videntur, coram patre uxoris repudiandae.

493. SENEX. Si sanu's satis,
494. Iube illam redire. FILIUS. Non est consilium, pater:
495. Matris servibo commodis. SEN. Quo abis? *Mane,*
496. *Mane,* inquam: quo abis? (*Abit filius*). PATER UXORIS. Quae haec est pertinacia!

. . . .

499. Non credidi edepol adeo inhumanum fore.

Impatientiae morae:

Eunuchus 530 (*heus heus*):

Chremes adulescens ante fores aedium
meretricis quae eum arcessivit.

528. ADUL. Misit porro orare, ut venirem, serio.
529. Aut dicat quod volt aut molesta ne siet.
530. Non hercle veniam tertio. *Heus heus*, ecquis hic?
531. Ego sum, Chremes. ANCILLA. O capitulum lepidissimum!
532. ADUL. Dico ego mi insidias fieri? ANC. Thaïs maxumo
533. Te orabat opere, ut cras redires.

Eunuchus 1042 (*ubi ubi*):

Adulescens cum servo fideli loquitur.

1041. SERV. Iam hoc aliud est quod gaudeamus: miles (*i.e. rivalis fratris*) pelletur foras.
1042. AD. Tu frater *ubi ubi* est fac quam primum haec audiat.....

Iracundiae:

Andria 860 (*Dromo Dromo*):

Senex Dromonem lorarium invocans ut
Davum servum verberet, a quo circumduci
se suspicatur.

860. SEN. *Drómo Dromo* [1]. SERV. (*Davus*) Quid ést? SEN. Dromo. SERV. Audi. SEN. Vérbum si addiderís.... Dromo!
861. SERV. Audi obsecro. LORAR. Quid vis? SEN. Sublimen intro hunc rape quantum potest.
862. LOR. Quem? SEN. Davom. SERV. Quam ob rem? SEN. Quia lubet. Rape inquam. SERV. Quid feci? SEN. Rape.

Eunuchus 910 (*quid quid*):

Ancilla secum loquitur.

910. *Quid, quid* venire in mentem nunc possit mihi,
911. Quidnam, qui referam sacrilego illi gratiam,
912. Qui hunc supposivit nobis?

---

[1]) accentu mutato et quantitate.

Patientiae:

Andria 310 (*age age*):

Servus cum Charino adulescente ero suo spe deiecto loquitur.

309. ADUL. Facile omnes, quom valemus, recta consilia aegrotis damus:
310. Tu si hic sis, aliter sentias. SERV. *Age age*, ut lubet. ADUL. Sed Pamphilum
311. Video. Omnia experiri certumst prius quam pereo . . . . .

Heaut. Tim. 332 (*age age*):

Adulescens, cum Syro servo loquitur, qui amicam eri secum ducit in domum patris adulescentis cum dolo sed etiam magno cum periculo.

313. AD. Ad patremne? SERV. Ad eum ipsum. AD. O hominis inpudentem audaciam . . . . .

. . . .

322. SERV. Vis amare, vis potiri, vis quod des illi effici;
323. Tuom esse im potiundo periclum non vis:. . . . .

. . . .

332. ADUL. *Age age*, cedo istuc tuom consilium: quid id est? . . . . .

Heaut. Tim. 722 (*age age*):

Adulescens cum servo loquitur, qui ei operam suam offert ut amica ad eum adducatur.

717. SERV. Unus est dies, dum argentum eripio: pax: nihil amplius.
718. AD. Tantum sat habes? Quid tum quaeso, si hoc pater resciverit?
719. SERV. Quid si redeo ad illos qui aïunt 'quid si nunc caelum ruat?'

. . . .

722. AD. *Age age*, traducatur Bacchis . . . .

Phormio 559 (*age age*):

Servus cum Phaedria adulescente amico eri sui loquitur, qui amicam emere cupit, cuique pecunia deest.

556. SERV. Quantum tibi opust loquere argenti? AD. Solae triginta minae.
557. SERV. Triginta? Hui, percarast, Phaedria. AD. Istaec vero vilis est.
558. SERV. *Age age*, inventas reddam. . . . . .

Phormio 662 (*age age*):

Demipho senex cum servo, qui seni aurum eripere studet, loquitur.

656. SERV. (*verba ficta parasiti afferens*) . . . . . 'etiam nunc, si mihi volt Demipho
657. Dare quantum ab hac accipio, quae sponsast mihi,
658. Nullam mihi malim quam istanc uxorem dari.'

. . . .

660. . . . . . SENEX. *Age age*, iam ducat: dabo.

Adelphoe 853 (*iam iam*):

Demea senex morosus a fratre suo Micione perducitur, ut sit minus truculentus.

835. DEMEA. Ne nimium modo
836. Bonae tuae istae nos rationes, Micio,
837. Et tuos iste animus aequos subvortat! MICIO. Tace:
838. Non fiet. Mitte iam istaec: da te hodie mihi:
839. Exporge frontem. DEMEA. Scilicet ita tempus fert,
840. Faciundumst. Ceterum ego rus cras cum filio
841. Cum primo luci ibo hinc. MICIO (*ironice*). De nocte censeo:

. . . .

852. DEMEA. Derides? Fortunatu's, qui isto animo sies.
853. Ego sentio . . . . . MICIO. Ah pergisne? DEMEA. *Iam iam* desino.
854. MICIO. I ergo intro, et quoi rei est, ei rei sumamus diem.

Perturbationis:

Andria 125 (*attat*):

Senex Sosiae liberto fideli narrat in Chrysidis funeribus a se conspectam esse eius sororem pulcherrimam, statimque se suspicatum esse eam filii esse amicam.

117. SENEX . . . . . . Interea inter mulieres,
118. Quae ibi aderant, forte unam aspicio adulescentulam,
119. Forma SO. Bona fortasse? SEN. et voltu, Sosia,
120. Adeo modesto, adeo venusto, ut nil supra.

. . . .

124. Quae sit rogo. Sororem esse aïunt Chrysidis.
125. Percussit ilico animum. *Attat* hoc illud est,
126. Hinc illae lacrimae, haec illast misericordia.

Haut. Tim. 613 (*mane mane*):

Servus cum sene ero suo loquitur.

610. SEN. Erras. SERV. Quid ita? SEN. Pro Menedemo nunc tibi ego respondeo
611. 'Non emo': quid ages? SERV. Optata loquere. SEN. Qui? SERV. Non est opus.
612. SEN. Non opus est? SERV. Non hercle vero. SEN. Qui istuc, miror. SERV. Iam scies.
613. (*Ipse se interpellans*). *Máne mane*[1]), quid est quód tam a nobis gráviter crepuerúnt fores?

Eunuchus 228 (*attat*):

Servus adulescentem erum suum alloquitur.

228. SERV. Sed quis hic est, qui huc pergit? *Attat*, hic quidemst parasitus Gnatho.

Eunuchus 727 (*attat*):

Senex secum loquitur.

727. *Attat* data hercle verba mihi sunt: vicit vinum quod bibi.

Eunuchus 756 (*attat*):

Adulescens Thaïdem meretricem alloquitur.

754. ADUL. Viden tu illum, Thaïs, ...
755. Militem secum ad te quantas copias adducere?
756. *Attat* . . . . . MER. Num formidulosus obsecro es, mi homo? . . . . .

Phormio 600 (*attat*):

Servus secum loquitur.

600. Sed eccum ipsum. Quis est ulterior? *Attat* Phaedriae
601. Pater venit. Sed quid pertimui autem belua?

Phormio 963 (*attat*):

Senex senem amicum alloquitur.

897. SEN. Quantum potest, nunc conveniundust Phormio,
898. Prius quam dilapidet nostras triginta minas

---

1) accentu mutato et quantitate.

899. Ut auferamus . . . .

. . . .

963. . . . . . PHORMIO (*parasitus*). *Attat*, nisi iam mihi prospicio, haereo:
964. Hi gladiatorio animo ad me adfectant viam.

Hecyra 449 (*attat*):

Adulescens secum loquitur.

449. . . . . . . *Attat* eccum Phidippum et patrem
450. Video: horsum pergunt. Quid dicam hisce, incertus sum.

Hecyra 849 (*qui qui*):

Adulescens cum servo loquitur, qui nuntium laetum ei attulit.

844. ADUL. Manedum sodes: timeo ne aliud credam atque aliud nunties.
845. SERV. Maneo. ADUL. Sic te dixisse opinor, invenisse Myrrinam
846. Bacchidem anulum suom habere. SERV. Factum. ADUL. Eum quem olim ei dedi.
847. Eaque hoc te mihi nuntiare iussit: itane est factum? SERV. Ita inquam.
848. ADUL. Quis me est fortunatior venustatisque adeo plenior!
849. Eho tu, pro hoc te nuntio qui donem? *Qui? Qui?* Nescio.

Adelphoe 264 (*mane mane*):

Syrus servus cum Ctesiphonte adulescente fratre eri sui Aeschini loquitur.

260. SERV. O Ctesipho. ADUL. O Syre, Aeschinus ubist? SERV. Ellum, te expectat domi. ADUL. Hem.
261. SERV. Quid est? ADUL. Quid sit? Opera illius, Syre, nunc vivo: festivom caput,
262. Qui quom omnis res sibi post putavit esse prae meo commodo,
263. Maledicta, famam, meum laborem et peccatum in se transtulit;
264. Nil póte supra. Sed quíd foris crepuit? SERV. *Máne mane*[1]): ipse exít foras.

(*Donatus ad hunc locum non illepide: 'gaudentis hoc dictum est, non opperiri iubentis'.*)

---

1) accentu mutato et quantitate.

Postulationis sive obtestationis:

Heaut. Tim. 348, 349 (*Syre Syre, heus heus, redi redi*):

Clitipho adulescens cum Syro servo suo loquitur, qui eri amicam secum in patris eri domum cum dolo sed etiam magno cum periculo ducit.

332. ADUL. Age age, cedo istuc tuom consilium: quid id est?
SERV. Adsimulabimus
333. Tuam amicam (*quae est in via appropinquans*) huius esse amicam.
ADUL. Pulcre: hic quid faciet sua?
. . . .
335. SERV. . . . . . ad tuam matrem abducetur. ADUL. Quid eo?
SERV. Longumst, Clitipho,
336. Si tibi narrem, quam ob rem id faciam: vera causast.
ADUL. Fabulae!
337. Nil satis firmi video, quam ob rem accipere hunc mi expediat metum.
338. SERV. Mane, habeo aliud, si istest metus, quod ambo confiteamini
339. Sine periclo esse. ADUL. Huius modi obsecro aliquid reperi.
SERV. (*ironice*) Maxume:
340. Ibo obviam huic, dicam ut revortatur domum. ADUL. (*perterritus*) Hem;
341. Quid dixti? SERV. Ademptum tibi iam faxo omnem metum,
342. In aurem utramvis otiose ut dormias.
343. ADUL. Quid ago nunc? AMICUS. Tune? Quod boni
ADUL. Syre! — dic modo
344. Verum. SERV. Age modo: hodie sero ac nequiquam voles.
345. AMICUS. Datur, fruare dum licet: nam nescias
346. ADUL. Syre inquam! SERV. Perge porro, tamen istuc ago. (*Abit*)
347. Eius sit potestas posthac an numquam tibi.
348. ADUL. Verum hércle istuc est. — *Sýre, Syre*[1]) inquam, *heus heús*, Syre!
349. SERV. (*submissa voce*). Concáluit. (*Clara voce*) Quid vis?
ADUL. *Rédi, redi*[1]). SERV. Adsum, díc quid est?
350. Iam hoc quoque negabis tibi placere. ADUL. Immo, Syre,
351. Et me et meum amorem et famam permitto tibi.

---

1) accentu mutato.

Haut. Tim. 736 (*mane mane*):

Servus Bacchidem alloquitur eri sui amicam, quae se abituram esse minata ad alterum amatorem, huic nuntium perferre ancillam iubet.

736. SERV. Perii hércle! Bacchis, *máne mane*[1]: quo míttis istam quaéso?
737. Iube maneat. BA. I. SERV. Quin est paratum argentum. BA. Quin ego maneo.

Ratione subducta apparet in fabulis Plautinis centum viginti quattuor, in Terentianis duodequinquaginta geminationes inveniri. Inter quas recepi exempla, qualia sunt *attat, utut, ubiubi*, de quibus infra paucis disseram, etiam triplicationes, sed omisi *quisquis*, eiusque casus obliquos. Geminationes illae Plautinae collectae sunt e plus viginti milibus, Terentianae autem e plus quinque milibus versuum. Quae computatio nos docet singulis geminationibus Plautum in versibus centum sexaginta quinque, Terentium in vèrsibus centum quinque usum esse, itaque numerum in fabulis huius maiorem esse. Inde effici licet in ea 'pura oratione'[2], quae Terentio in fabulis scribendis exemplo erat, plures geminationes occurrisse quam in eo sermone quem Plautus imitatus esse dicitur.

Hoc mirum esset, si opinio vetus et vulgata recte se haberet Terenti stilum magis rhetoricum, ut aiunt, esse magisque vim et potestatem linguae Graecae passum esse quam Plauti. Equidem suspicor Terentium propius accessisse ad sermonem cotidianum, si non plebis, at tamen hominum lautorum atque urbanorum, velut Scipionis eiusque amicorum[3], quoniam omnium consensu constat geminationes saepius adhiberi in sermone cotidiano quam in stilo eleganti et artificiosa, et Plautum non minus artificiose[4] fabulas suas componentem plures antiquiores linguae formas adhibuisse. Sed haec suspicio ex geminationis usu orta per se ipsam non satis valet; ut alia argumenta ad eam accedere optandum est.

---

1) accentu mutato et quantitate.

2) Heaut. Tim. prol. 45.

3) In hanc coniecturam apte quadrat interpretatio verborum *pura oratio* (Heaut. Tim. prol. 46) viri doctissimi Ioannis Herbstii (Des Publius Terentius Lustspiele, Deutsch von Prof. dr. Johannes Herbst): 'einfacher Umgangston'; nec minus cum hac suspicione convenit, quod Terentius commemoratur in fabulis scribendis opera amicorum usus esse, velut Heaut. Tim. prol. 24, Ad. prol. 18.

4) Friedrich Leo, Gesch. der Röm. Lit. 1 (1913), p. 148 al. 2.

Animadversiones selectae.

	Geminationes occurrunt in fabulis Plautinis	in Terentianis
in ore		
senis	24	8
parasiti, militis, lenonis, sycophantae, danistae	15	4
servi	55	9
adulescentis	19	22
anus, lenae	8	5
meretricis, tibicinae	2	0
uxoris, matronae, mulieris	1	0

Ex hac tabula perspicuum est in ore virorum plures geminationes a poetis positas esse quam in ore feminarum, plerasque in ore servorum et adulescentium. Viri sane longe plurimos versus in scaena pronuntiant, sed etiam pro ratione plures geminationes proferunt.

Restat ut pauca dicam de variis affectibus animi quos distinxi. Quos cum valde inter se cognatos esse et fluctuare facile cuivis appareat, saepius exemplum in caput exprobrationis a me relatum non minus recte in caput indignationis referre poteram, ut exempla confidentiae inter exempla affirmationis. Ipsi enim rationi divisionum hoc vitium inhaeret, quod varia genera satis accurate discernere non possumus. Praeterea varios animi affectus tantum quantum ipse usus postulat, seiungendos suscepi.

Triplicationem sexies inventam in fabulis Plautinis, nusquam in Terentianis, inter exempla allata recepi, quia huic eandem vim inesse puto atque duplicationi. Nonnullis locis non sine causa suspiceris eam duplicationis vice fungi metri causa, ita ut Pers. 766 Leo bis, Goetz—Schoell ter *age*, Trucul. 621 Goetz—Schoell ter, Leo bis, Ussingius semel *iam* scripserint.

Aliis locis triplicatio, quadruplicatio, cet. ut cohaerentes cum caeremoniis sollemnibus[1]) inde iocose translatae esse videntur, cf. Pseudol. 243, ubi servus callidus lenoni quem fallere studet haec dicit: „Hodie nate, heus hodie nate: tibi ego dico: heus hodie nate, redi et respice ad nos."

Non recepi vocem *quisquis* eiusque casus obliquos, quae formae multo saepius adhibitae sunt quam *utut*, *ubiubi*, plus enim centies, paene toties quoties cunctae a me receptae geminationes occurrunt. Eas omisi, quia vis geminationis in *quisquis* cet. magis obsolevit quam in *utut* cet., atque pronomen *quisquis* in ore situm est omnium personarum promiscue affectum animum magnum non indicantium, ita ut pronomini *quisquis* usus proprius attributus sit, a vocabulo simplici discrepans, magis quam *utut*, *ubiubi*. *Utut* recepi, quamvis eius vis geminationis interdum paene obsoleverit, aeque ac *attat*, cui vocabulo usus proprius quidem attributus est, a vocabulo simplici discrepans, sed semper indicans magnum affectum animi.

Vocabulum *quamquam*, etsi nonnumquam eadem significatio, qua *quam* adhibetur, interlucet (cf Plaut. Asin. 831, Bacch. 1152, 1171, Casina 421 passim), apud Plautum fere sexagies coniunctio est, in qua significatio primaria obsolevit.

Sese non recepi, quae vox plus centies adhibita est promiscue ab omnibus personis magnum affectum animi non indicantibus. Nec certum discrimen inter *sese* et *se* iam ostendi potest. Quin etiam Terent. Phorm. 918—920 legimus: (*Senex submissa voce alterum senem alloquitur*): „Tum autem Antiphonem video ab *sese* amittere Invitum eam, inque. (*Senex alter ad parasitum*) Tum autem video filium Invitum sane mulierem ab *se* amittere". Ubi in sententia dictata ab altero repetita, *sese* et *se* permutantur. Fieri potest ut metri vel numerorum causa (hoc in oratione soluta) alterum vocabulum alteri praestet, sed hoc amplius explicare ab hoc loco alienum est[2]).

Non recepi eiusdem vocabuli vel syllabae iterationes ab homine ebrio et lingua titubanti prolatas velut Plaut. Most. 319, 331, 325, 328.

319. Ecquid tibi videor ma-ma-ma-dere? 331. Tun me ais ma-ma-ma-dere?

325. O-o-ocellus es meus. 328. Sine sine cadere me.

---

1) Cf. Ed Norden. Vergil erklärt, p. 136, 461.

2) Charisius I, 15 (I, p. 111 Keil) discrimen se invenisse putat: „*se* et *sese* pronomina ita distinguit (Caesar), ut *se* dicamus, cum aliquem quid in alium fecisse ostendimus, ut puta 'ille dicit se hoc illi fecisse'; cum autem in se ipsum, tunc dicamus *sese* velut 'dixit sese hoc sibi fecisse'. Sed has meras nugas esse, vel prima capita libri „de Bello Gallico" legenti apparebit.

Nec magis recepi locos ubi senex mulierculae nomen reticere studet cf.

Plaut. Merc. 721. ANUS. Quoia illa mulier intust? SENEX. Vidistine eam?
ANUS. Vidi. SEN. Quoia ea sit, rogitas?
ANUS. Resciscam tamen.
SEN. Vin dicam? Quoiast? Illa — illa edepol — vae mihi, — cet.

Neque in usum meum converti locos quibus nominis cuiusdam alicui in mentem non venit, cf Plaut. Trin. 907:

SENEX. Quid est ei nomen? SYCOPH. Quod edepol homini probo.
SEN. Lubet audire. SYC. Illi edepol — illi — illi — vae misero mihi.
SEN. Quid est negoti? SYC. Devoravi nomen inprudens modo.

Disputatio enim nostra tantum agit de verbis quae homines iam adulti integra mente integrisque vocis viribus loquuntur [1]).

Nonnullae geminationes mutatum accentum et quantitatem ostendunt, quod in notis semper indicavi, velut Pers. 591: *Táce tacé*: nimis tú quidem hércle homo stúltus és pueríliter, et persaepe in *mánĕ manḗ, ténĕ tenḗ* cet. Lachmannus (de Propertio, p. 111) exempla quadraginta septem annotavit ubi accentus mutatur, tria tantum ubi nulla est mutatio et Friedlaenderus (ad Iuvenal. Sat. 6, 642) exempla tredecim ubi accentus mutatur, quattuordecim ubi idem est [2]).

Nonnumquam interiectiones reperimus ut *tuxtax* (Pers. 264), *bombax* (Pseud. 365) et passim *babae, papae, hahae, hahahae, attatae, at enim — bat enim* (Epid. 95), *buttubatta* (fragm. incert. 83), in quibus non plena geminatio est, sed accentu non mutato sonus mutatur mutatione vocalium vel consonantis (Epid. 95). Quarum pleraeque e lingua Graeca sumptae sunt. *Tuxtax* et

---

1) Cf. Jac. van Ginneken: Grondbeginselen der Psychologische Taalwetenschap, Lier 1906, § 266 al. 9: 'Het is toch mijns inziens het groote desideratum der taalwetenschap: voor alle talen, en voor elke periode van elk dier talen te weten welke aanvankelijk-afzonderlijke beämingen en gevoelens tot een eenheid zijn geworden in het bewustzijn van het volwassen normale individu'.

2) Van Ginneken l. l. § 292 sqq: de accentu agens hanc mutationem commemorat et § 304 s.f. nonnulla exempla e sermone cotidiano linguae Belgicae petita affert velut: *Vóórwaarts — voorwáárts! Vóóruit — vooruít!* Sic saepe mulierculas in viis pisces venumdantes audimus clamantes: *Zéévis — zeevís!* vel magistros raedae vapore motae vectores admonentes hoc modo: *Hóógezand — Hoogezánd! Heiligerléé — Héiligerlee!* Itaque non necessario putandum est in comoediis modos versus numerosque huius mutationis causam fuisse, sed iam in ipso sermone cotidiano hanc accentus et quantitatis mutationem usitatam fuisse.

bombax cum vocabulis Belgicis *tiktak bombam* [1]) (re vera eiusdem soni repetitionibus) comparare nobis licet [2]). Idem opinor, in verbis *at enim* — *bat enim* aeque ac in verbis *at* — *bat* (Pseud. 235), *heia beia* (Pers. 213) [3]) et in *buttubatta* [4]), de qua voce Charisius, I p. 242, 10 Keil scripsit: '*Buttubatta.* Hoc Plautus pro nihilo et pro nugis posuit'.

Denique de geminatione *intus intus* (Bacch. 140) a Goetzio et Schoellio in textum recepta deque nonnullis aliis geminationibus mihi disserendum videtur, quia eas partim probare partim non probare possum.

Bacch. 125. LYDUS PAEDAG. Non hic placet mi ornatus. ADUL. Nemo ergo tibi
126. Hoc apparavit: Mihi paratumst quoi placet.
. . . .
145. PAEDAG. Tu amicam habebis? ADUL. Quom videbis, tum scies.
146. PAEDAG. Immo neque habebis neque sinam: †iturus sum domum.
147. ADUL. Omitte, Lyde, ac cave malo. PAEDAG. Quid 'cave malo'?
148. ADUL. Iam excessit mi aetas ex magisterio tuo.
. . . .
138. PAEDAG. Non paedagogum iam me sed Lydum vocat.
139. ADUL. Non par videtur neque sit consentaneum.
140. Quom †haec *intus intus* sit et cum amica accubet
141. Quomque osculetur et convivae alii accubent,
142. †praesentibus illis paedagogus una ut siet.

Hoc loco (v. 140) codices C D *intus intus* habent, sed intellegere non queo, unde haec lectio orta sit, nisi ex dittographia. Ceteris tamen codicibus fretus, etiam hac adductus ratione, quod hoc loco nullum animi affectum investigare potui, qui tali faveret geminationi, cum Gronovio legere malim 'cum herus hic intus sit' aut cum Leone 'cum haec qui emit intus sit'.

Contra commendavi geminationem *ite iam ite iam* (*iam*) Cas. 834

1) Multa alia exempla ex omnibus linguis collecta inveniuntur apud Van Ginneken l. l. § 444 cum explicatione ex re phonetica et psychologica desumpta; etiam plura apud Pott, l. l. p. 67 sqq; Jac. v. Ginneken, l. l. § 448; H. Paul, Prinzipien der Sprachgeschichte[4], 1909, § 126; O. Weise, Die Wortdoppelung im Deutschen, Zeitschr. f. D. Wortforschung II (1902), p. 17 sqq.

2) Eiusdem generis geminationum magnam copiam collegit W. Wackernagel: Variae voces animantium[2] 1869.

3) Cf. H. Ottenjahn, Glotta III, p. 253 sqq.

4) Cf. H. Ottenjahn, Glotta VI, p. 225.

(cf. p. 47), quia illo loco trepidatio iustam causam geminationis praebet et grammaticorum opinio facile efficere potuit, ut elocutio per duas personas distribueretur.

Eandem ob causam Goetzii et Schoellii coniecturam ad Epid. 631 valde probo, qui pro 'numero numera' legendum proponunt 'numera numera', cum egregie quadret in trepidationem geminatio, qui affectus eodem versu geminationem *age age* effecit.

Rursus ob eandem causam e versu a plerisque editoribus expuncto (Pseud. 600) verba saltem 'St tace tace' servare velim, ubi perturbatio tali exclamationi valde favet. Praeterea plures eiusmodi versus singulorum vel binorum verborum occurrunt, perturbationem quoque indicantes, velut Most. 506 *St St* Cas. 619 *Attat.*

Item geminationem Hec. 201 'oderunt oderunt', quam Fleckeisenus in editionem secundam recepit probare non possum, cum quantum odium sit, iam verbis 'adeo' et 'uno animo' indicatum sit neque idcirco causa sit cur verbum geminetur.

At contra cum eodem Fleckeiseno in eadem editione Adelph. 33 geminationem *tete* removenti prorsus facio, quia nulla causa est geminationis, cum gravis animi affectus qui geminationi faveat, desit.

CAPUT IV.

De vi geminationis.

Summa investigationis, quae sit vis et significatio geminationis, mihi esse videtur haec: **indoles geminationis obnoxia est consilio quo vox simplex adhibetur ab eo qui loquitur in contextu orationis.**

Priusquam tamen dicam quid ipse sentiam, non a loco alienum videtur opiniones pertractare èt veterum grammaticorum de hac quaestione plerumque non consulto sed occasione allata disputantium, èt virorum doctorum recentiorum temporum hac de re agitantium, ordine temporum observato.

Cum iam locos veterum scriptorum praemiserim, ad eos lectorem reicio. Ut primum de Graecis agam, Demetrius (nº. 3) geminationem *ὄγκον* (gravitatem), *χάριν* (gratiam), *δεινότητα* (vim) addere censet, cui proxime accedit Tiberius (nº. 7) in geminatione *ἐνέργειαν* inesse putans. Herodianus (nº. 8) veram vim geminationis explicationi servire dicit, quocum ex parte congruit Hermogenes (nº. 6) qui praeterea putat hanc figuram adhibitam esse ad gratiam et invidiam efficiendam et indolem melius effingendam. Secundum Apsinen vero scriptores geminatione utuntur ut animos auditorum vel legentium commoveant[1]). Ceteri rhetores tantum de nomine non de vi geminationis scripserunt.

Ex auctoribus Latinis moneo de verbis Ciceronis in libro qui est inscriptus de Oratore (III, 206): „nam et geminatio verborum habet interdum vim, leporem alias"; et Quintiliani (nº. 1): „illud est acrius genus, quod non tantum in ratione positum est loquendi, sed ipsis sensibus cum gratiam tum etiam vires accommodat.... nam et verba geminantur vel amplificandi gratia vel miserandi. Quae eadem figura nonnumquam per ironian ad elevandum convertitur". Huc addendum illud Gellii (X, 29, 2) „atque si gemina

---

1) I, 406, 11 Spengel: *πάθος ποιοῦσι καὶ οἱ διπλασιασμοί, Θῆβαι δὲ Θῆβαι.*

fiat, auget incenditque rem". Aquila Romanus (n^{0}. 2) geminationem id quod significatur vehementius efficere dicit, quocum fere congruit Charisius (n^{0}. 6) et Martianus Capella (n^{0}. 9). Hic libet addere quae idem Charisius scripsit de interiectione[1]), ubi animadvertit interiectiones affectus animi significare et in exemplis allatis multas geminationes attulit [2]), quas repeti cum impetu pronuntiationis, i. e. asseverationis significatione dicit, ita ut quamvis fortasse imprudens impetum pronuntiationis cum animi affectibus coniunctum esse dicat.

Ceteri auctores nihil de vi geminationis dicunt, sed tantum de figura grammatica et rhetorica observationes proferunt. Ex omnibus illis animadversionibus hoc imprimis colligendum est nullum grammaticum in geminatione vim multiplicativam iterativam deminutivam invenisse idque non solum ex Plauto et Terentio sed omnium auctorum veterum operibus exemplis collatis.

Nec minus hoc observandum est grammaticos, nec mirum, illam artificiosam opinionem de ea re quam *linguam* vel *sermonem* vocare solemus, perceptam tradere, quae efficit ut haec legamus: „iteratio vult *efficere* vehementius", „*ἐνέργειαν τὸ σχῆμα ἐργάζεται*", quibus Wernickius recte ita contradicit: „geminatio adhibetur ut ea fiant, non ipsa efficit[3]).

Ut rhetores geminatione 'energiam' *effectam* esse putaverint, non sine specie conicias eos perductos esse observatione quamquam ab iis non verbis expressa, maxime in ore virorum, multo magis quam in ore mulierum geminationes a poetis positas esse, quod revera ita esse et nos observavimus (cf. p. 63 al. 1) Sicut saepissime occurrunt in ore adulescentium, i. e. in aetate acerrimarum cupidinum[4]) inque ore servorum, i. e. horum adiutorum, et ubi senes prodeunt, saepissime in ore senis avari paene amentis.

Colligi quoque licet ex eo quod plures geminationes oriuntur ex iis animi affectibus qui maximam 'energiam' indicant, ut indignatione, exprobratione, affirmatione, perturbatione, minus saepe affectibus animi grati, admirationis, adhortationis, et ex eo quod

---

1) Charis. II, XVI; I, 238—242 Keil.

2) Item Cominianus, Palaemon, Iulius Romanus a Charisio adducti.

3) l. l. pars I, p. 5.

4) Usum geminationum cum moribus non minus quam cum aetate eius qui iis utitur congruere satis luculentum exemplum praebent duo viri docti huius temporis de Lingua scribentes Wundtius et Jac. van Ginneken. In libro enim prioris, qui iam provecta aetate librum suum celeberrimum scripsit 1339 paginis nulla geminatio legitur, cum in libro alterius, iuvenis, 559 paginis duodecim geminationes leguntur.

saepissime vocabula geminantur quae ipsa indicant 'energiam', velut *euge, at, tace, tene* neque omnino coniunctiones nisi eae ipsae quae antiquiore linguae tempore exclamationes erant, velut *quam, ut, ubi,* quarumque vis tum demum obsolescebat, cum in fines transibant relationis.

Attamen affectus animi minus quoque vehementes per geminationem asseverantur, aeque ac vocabula quae minus gravem affectum animi indicant, ut interdum *age, sic* affectum patientiae. Itaque geminationem ibi patientiam affirmare constituere possumus.

Nihilominus praefero vocabulum 'asseveratio'. Asseveratur enim affectus animi qui in *τῇ ψυχῇ* inest etiam antequam indicatus est vocabulo non geminato, de qua re infra diligentius disseram.

Suspicionem tamen veri solus Quintilianus habuisse potest haec scribens: „in geminatione *occidi occidi* alterum est quod indicat, alterum quod affirmat", quod tamen non pro certo affirmare ausim, cum rhetor quod ad alias opiniones attinet cum ceteris grammaticis consentiat et eandem confusionem prodat.

Denique e veteribus separatim de Donato agam, utpote qui seorsum de Terentii fabulis tractaverit et de geminationibus ibi inventis satis multa observaverit.

Ad Andr. 282 sq.

282. ADUL. Memor essem? O *Mysis Mysis*, etiam nunc mihi
283. Scripta illa sunt in animo dicta Chrysidis.

annotavit: 'primum vocandi, alterum increpandi est'.

Igitur commentator duos animi affectus se invenisse putat, quasi affectus increpandi post primum *Mysis* demum adulescenti in mentem venerit.

Ad Andr. 684: '*ubi ubi* erit' addit: „in prima parte vim suam tenet, in posteriore productio est. Est quem ad modum *utut quaqua unde unde* pro *utcumque quacumque undecumque.*" Hoc loco fere nihil de significatione geminationis addit.

Ad Phorm. 303: '*non non* sic futurumst' Donatus scripsit: „moralis abnegatio frequenti repetitione firmata est." Hoc loco commentator in geminatione inesse asseverationem vidit.

Ad Adelph. 32 sqq.

32. Uxor, si cesses, aut te amare cogitat
33. Aut *tete*[1]) amari aut potare atque animo obsequi
34. Et tibi bene esse, soli sibi quom sit male.

---

[1]) Codices inter se discrepant: aut te || amari F.; aut de te amari D. V.; Fleckeisen[2] 1898 proposuit *helluari.*

observavit: „aut te amare cogitat aut *tete* amari. Quia 'te amare' ἀμφιβόλως dixerat, cito intulit quod certum est 'aut tete amari', et quia illud 'te' dixerat, hoc geminavit et 'tete' dixit tamquam significantius". Hoc loco saltem Donatus (nam ineptias prioris partis notae omitto) vidit geminationem asseverationi servire, quamquam hoc loco metri causa posita esse videtur.

Ad Adelph. 256: 'O *frater frater*' addit: „unum relatum ad appellationem, alterum ad laudem. Et subdistinguendum, ut videatur quaesivisse quid ultra diceret et plus invenire non potuisse quam 'frater' ". Quae hic legimus in memoriam revocant illud Quintiliani [1]: „alterum est quod indicat, alterum quod affirmat". Sed ex parte tantum vera sunt. Nam quae dixit de haesitatione hominis refelluntur verbis sequentibus: v. 256/57 „satis certo scio: Numquam ita magnifice quicquam dicam, id virtus quin superet tua".

Ad Adelph. 630: *utut* legimus: „'utut erat gesta' hoc est: sive ⟨bene sive⟩ male gesta erat; 'ut' enim certam qualitatem significat, 'utut' incertam, quasi dicat: quoquo modo, male bene". Hoc loco ex falsa interpretatione vocis *ut* in geminatione incertum aliquid inesse efficit, nam in *ut* est vis indefinita quae augetur et affirmatur repetitione: quod tamen et hodie neglegi solet [2]. Etiam Donatus igitur nonnumquam veri sensum habuit sed cum arte grammatica sui temporis viam veri inveniendi sibi obstruxisset, insciens fortuito id proposuisse videtur.

Quae viri docti recentiorum temporum de geminatione censuerint.

Anno 1882 Ed. Woelfflinus in Academia Monacensi de geminatione in lingua Latina disputans dixit de hac quaestione nihil fere litteris mandatum esse [3]. Affert tamen paucas dissertationes, in quibus geminatio, reduplicatio, iteratio, repetitio ceterae figurae cognatae et in lingua Latina et in linguis aliis quamvis saepe breviter tractantur. Fontem vetustissimum suum, in quo de vi et causa geminationis agitur, Woelfflinus laudat disputationem Hermanni Paldami, qui de repetitione in sermone Graeco ac

---

1) Instit. Or IX, 3, 28.

2) Exempli causa affero quae Fay ad Mostell. vs. 345 scripsit: doubling makes Latin interrogative indefinite. De voce *ut* cf. Walde in v.

3) Münch. Sitz. Ber. 1882, p. 426 al. 2: 'Eine Litteratur über diese Frage giebt es nicht; die besten Grammatiker geben ein oder höchstens zwei Beispiele, viele auch das nicht'.

praecipue Latino scripsit [1]) (ipse laudans Ernestium, Opusc. p. 102 sq.; Schellerum, Praecept. stili p. 713; Ferd. Handium ad Statium I, 269 sq.), sed qui, cum non diserte dixerit quid repetitionem nominet, fortasse de re prorsus diversa atque Woelfflinus [2]) egit neque de geminatione qualem ego definivi. Nihilominus divisio a Paldamo instituta inter causas quae repetitiones efficiunt, quamvis non ab omni parte recta, hoc postulat ut affectus animi investigetur, quae divisio non indigna est quam hic repetamus: „*a*) Repetitio gravitatis et ornatus causa maxime in poetis et oratoribus ita cernitur ut idem vocabulum sine ulla terminationis aut temporis mutatione repetatur. *b*) Perspicuitatis gratia oratores maxime et iuris consulti omne verborum genus repetunt. *c*) Repetitio simplicitatis gratia instituta est duplex. Prius genus id habendum est, quod modo tetigimus, ubi simplicitas illa est nativa et sponte non ratione nata. Sequitur alterum repetitionis genus quod quaesitum idcirco diximus, quia hae repetitiones non tam ab linguae indole, quam ab scriptoris acumine sive pravo sive bono dependent." Woelfflinum disputationem Paldami reiecisse [3]) intellego, quamquam valde doleo eum viam a Paldamo initam prorsus reliquisse neque hoc fundamento usum quae necessario corrigenda essent correxisse.

Alter fons, quod ad tempus attinet, a Woelfflino laudatus est liber A. F. Pottii de geminatione et reduplicatione in linguis totius orbis terrarum, unde Woelfflinus pauca desumpsit, propterea quod, opinor, tot tamque diversas res collegit [4]), sed qui posterioribus viris doctis fonti fuit cum iis qui grammaticam puram, tum iis qui res psychologicas tractant propter immensam vim exemplorum undique collectorum, quae tanta est, ut lectorem primo obtutu obstupefaciat. In locis ad linguam Latinam pertinentibus agit magis de reduplicatione quam de vera geminatione. Itaque agit de verbis ut *mamma*, *murmur*, *susurrus*, *upupa*, *cucula*, *titubare*, *tintinnire*, *concinnus*. Divisio [5]) eius bonum conspectum praebet,

---

1) Zeitschrift für die Alt. Wiss. 1838, p. 1205—1226.

2) l. l. p. 425.

3) l. l. p. 426: 'Paldamus mengt so Heterogenes durcheinander, dass für unsere Zwecke nichts heraus springt'. Exempla affert velut formas *factas* — *factum* — *factae*, *Thetidis* — *Thetis* — *Thetidi* in una sententia adhibitas. Et: „Circa *Padus* amnis, maior *Padus*".

4) l. l. p. 424: Pott, der sehr, sehr Vieles unter diesem Namen verstanden hat.

5) Doppelung.

A. Der Form nach.

1. Gemination, d. h. Wiederholung im Ganzen.

quid tractandum sibi proposuerit. Etiam inter reduplicationes numerat formas iterativas verborum et figuram etymologicam, quae a nostro argumento prorsus aliena sunt, sed praesertim hoc semper agit, ut investiget quae sit causa rei praesertim in iis, quae ad partem divisionis secundam pertinent. Sane dolendum est eum in divisione tantum respexisse normas quas grammatica vetus adhibuit. Quam difficile sit res extensivas et intensivas quas vocat distinguere vel ex eo patet quod Pottius partes corporis, quae binae semper inveniuntur i. e. exempla numeri dualis, in intensivis numerare coactus est (mammae, oculi), sed geminationem in lingua Malaia quae pluralem indicat, extensivam nominat (orang orang = homines, kuda kuda = capilli, pochon pochon = silva) et ubi de geminatione intensiva agit, de verbis frequentativis disputat non solum de verbis intensivis [1]). Utinam ne vir in primis sagacissimus nimio studio distinguendi inductus omnia geminationis intensivae exempla uno capite collegisset, in quibus secundum notionem numeri vel spatii quae singulis verbis inhaeret, haec quantitatem (dualem vel pluralem) et extensionem indicare per se patet [2]).

Inter numeralia distributiva Latina Pottius etiam numerat *quis-*

---

2. verkürzte Wiederholung, d. h. Reduplication.
   a. Steigerung von Einzellauten.
      α, vokalische (lĕgo lēgi, vĭdeo vīdi)
      β, consonantische (Semit. piel).
   b. Eig. Reduplication, nicht immer syllabisch.
   c. Wiederholung des Ganzen mit versch. Vokal.

B. Verschiedener intellectueller Werth der Doppelung.
1. Intensive Steigerung insb. mit Bezug auf die Empfindung.
   a. Interjectionen
      α. Weibliche Brüste,
      Andere Körpertheile.
      cet. cet.
2. Steigerung in quantitativer oder extensiver Rücksicht.
   a. Distributivzahlen.
   b. Pluralbildung.
      cet. cet.

1) l. l. p. 120 sqq.

2) Melius iudicavit Bernhardi agens de geminatione attributorum (Sprachlehre I, 179): 'Allerdings haben wir es hierbei mit einer Intension zu thun, welche sich mit der quantitativen Art in Vergleich stellt, welche bei den Mehrheitsnumeri und bei den Distrubitiv-zahlen gleichfalls mittelst Doppelung ausgedrückt, wir oft genug begegnen'.

quis, quotquot, quamquam, ubi ubi, cet [1]). Infra de vi extensiva sive distributiva vocabuli *quisquis* disputaturus — de uno vocabulo *iamiam* hoc loco animadvertere velim Pottium huic voci vim iterativam vel multiplicativam inhaerere aeque recte atque etiam rectius dicere potuisse.

In extensiva geminatione etiam refert incrementum quod negativum vocat i. e. deminutionem significationis verborum, multis exemplis ex variis linguis hominum ferorum ac barbarorum allatis quae hanc geminationis vim illustrare putat. Etiam ex linguis magis excultis exempla affert ut ex lingua Germanica *so so*, Gallica *là là*, Graeca nostrae aetatis *ἔτζι ἔτζι* (*μετρίως ἔχων*), in quibus geminatione negationem, deminutionem, mediocritatem indicari perhibet. Mea sententia his exemplis eodem iure addere potuit ex lingua Latina e. g. *age age* iis locis, ubi affectus animi patientiae indicatur [2]). In linguis Semiticis vocabula ita usurpata esse probare posse se putat imprimis ea quae colorem quendam indicant, laudans אֲדַמְדָּם quod subrubidus significare dicitur [3]). Hardelandius [4]) etiam animadvertisse se putat in eodem vocabulo

---

1) l. l. p. 162 sq. ubi tamen haec dicit: 'es sind nur relative Selbstverdoppelungen gleich Sanskr. yathâ yathâ (utut) yadâ yadâ u. s. w. Bopp, Vergl. Gr. § 351; Et. F. II 625, 1, und lassen in diesem Betracht einen Vergleich zu mit Germanischen Formen bei Grimm. III, 42 fg, die als Bezeichnungen distributiver Allheit in Form von Relativen mittelst Wiederholung symbolisch ebenfalls Vertheilung gewissermaszen durch verschiedene Zeiten hin zur Anschauung bringen. — Vgl. auch unser *bald-bald*, Lat. *nunc-nunc*, *et-et*, *nec-nec*, *aut-aut* u. s. w. Dagegen blosz emphatisch; *iam-iam* (z. B. der blosz iamiam poturus Tantalus Tib. I, 3, 178, insofern er immer nicht weiter als dicht vor dem Moment des Trinkenwollens kommt); dudum sese u. ä.'

2) l. l. p. 99 al. 2.

3) l. l. Pottii, p. 101 sub finem verba laudans viri docti Bindseil (cf. etiam p. 86 s.f.): Doppelung in deminuirender Richtung, wie im Hebr. reduplicirte Farbenbenennungen zur Bezeichnung des Schillerns, Aehnelns, gls. nur hin und her schwankenden Herumspielens um eine Farbe herum, dienen. Als gleichfalls eine Farbe abgeschwächter Art, z. B. אֲדַמְדָּם schwachroth, röthlich, subrubidus. Vgl. *so so* (*so la la*) für mittelmäszig im Deutschen.

4) Hardeland, Gramm. der Dajakischen Spr. (Amsterdam 1858) hat in dem höchst lehrreichen Kap. Reduplikation S. 66—75 unter Anderem die hieher gehörende interessante Bemerkung p. 71 al. 2: „Die hauptsächlichste Bed. der Red. bei Adj. ist eine doppelte, in *sagenden erzählenden* Sätzen *schwächt* sie das Wort *ab*, wie das deutsche „. . . . lich, etwas, ziemlich"; in *gebietenden* Sätzen aber *verstärkt* es die Bedeutung. Z. B. *sanang* ruhig, still; sanasanang, ziemlich ruhig, oder ganz ruhig. Letzeres beim Imperativ. Auch die Adv. können die abschwächende Bedeutung annehmen, *kalotä*, so, also; — *kalotälotä* fast, ungefähr so.'

geminationem modo auctam vim modo deminutionem significationis indicare ex indole totius sententiae prout in hac est aut imperium aut nuda narratio. Quamquam Hardelandius nondum vim vocis singularis etiam vim geminationis esse perspexit [1]), alios viros doctos aequales suos eo superavit, quod contextum verborum diligenter contemplatus est et diversum accentum quo imprimis affectus animi monstratur in eadem geminatione esse recte animadvertit [2]). Pottium hoc fugit, qui dicit in primo exemplo geminationis vim deminutam, in altero amplificatam esse [3]). Ipse Hardelandius miratus quidem dicit in geminatis numeralibus indefinitis semper amplificationem inesse [4]), quamquam iam multis annis ante vir inter paucos sagacissimus Guil. de Humboldt hanc vim geminationis iam observaverat [5]).

---

1) Hoc ne Wundtius quidem, qui hoc loco ex Hardelandii libro hausit, satis diserte dixit, Volkerpsychologie³ I, 1, p. 638.

2) Hardeland l. l. p. 67: ein Unterschied in der Aussprache: z. B. *gila* unklug, gĭlăgĭlā etwas dumm; *gīlă gīlă* alle, ein jeder dumm. Tĕndătĕndă ein bischen, kurze Zeit anlegen, anhalten, stillhalten (gehend, rudernd); tĕndā tĕndā oft anlegen, anhalten.

3) l. l. p. 298: Mithin die erste Weise verkleinernd, die zweite — im Einverständnisz mit der zeitraubenden Behandlung — steigerend.

4) Hardeland l. l. p. 73 al. 3: „Einige Wörter, vorab die unbestimmten Zahlwörter erhalten durch die Redupl. immer Verstärkung des Begriffs, mögen sie erzählend oder auch befehlend, anmuthigend gebraucht werden; z. B. karä alle, kakarä, karäkarä alle zusammen, so viel nur sind. Genep jeder, genegenep durchaus jeder, jeglicher."

5) W. v. Humboldt, Versch. d. Sprachb. p. 377: „Auf diesem Wege können nicht leicht zwei Laute einem Eindruck entsprechen. Wenn wirklich zwei Laute, unmittelbar auf einander folgend, entständen, so bewiesen sie zwei von demselben Object ausgehende Eindrücke, und bildeten *Zusammensetzung* schon in der Geburt des Wortes, ohne dasz dadurch der Grundsatz der Einsylbigkeit beeinträchtigt würde. Dies ist in der That bei der, in allen Sprachen, vorzugsweize in den ungebildeteren, sich findenden Verdoppelung der Fall. Jeder der wiederholten Laute spricht das ganze Object aus; durch die Wiederholung aber tritt dem Ausdrucke eine Nüance mehr hinzu, entweder blosze Verstärkung als Zeichen der höheren Lebendigkeit des erfahrenen Eindrucks, oder Anzeigen des sich wiederholenden Objects, weszhalb die Verdoppelung vorzüglich bei Adjectiven statt findet, da bei der Eigenschaft das besonders auffällt, dasz sie nicht als einzelner Körper, sondern gleichsam als Fläche, überall in demselben Raume erscheint (Vgl. Et. F. Th. I. S. 31). Wirklich gehört in mehreren Sprachen, von denen ich hier nur die der Südsee-Inseln anführen will, die Verdoppelung vorzugsweise, ja fast ausschlieszlich, den Adj. und den aus ihnen gebildeten, also ursprünglich adjectivisch empfundenen Substantiven an." Et alio loco: „Die Verdoppelung ist aber immer nur eine Verstärkung des Begriffs und es kommt bei ihrer Bed. in den Sprachen auf die Idee an, welche man damit verknüpft. Dies kann ebensowohl die Lebendigkeit der Gegenwart, als die Entfernung, die Vervielfältigung der Zeit sein".

Hactenus de libro egregio Pottii, qui ut iam dixi tantam copiam exemplorum congessit, ut posterioribus et Woelfflino et viris nostrae aetatis qui arte psychologica nisi geminationem tractaverunt, W. Wundtium et Jac. van Ginneken dico, fonti unde haurirent esset.

Post Pottium Woelfflinus laudat nonnulla verba ex libro Frid. Haasii [1]) negantis pleonasmum dare quod abundet et ex vitio loquendi ortum esse, sed ex mente loquentis qui idem iterare velit, itaque geminationem esse amplificationem. Quae Haasius protulit de geminatione quamvis summatim tractata clare ac lucide scripta sunt.

A. Spengel in notis quas editioni Terentianae fabulae 'Andria' addidit geminationem tractat ad vs. 282: 'o Mysis Mysis', sed eandem confusionem praebet quam priores, cum affectum animi iam in vocabulo singulari inesse non intellexerit [2]).

Est quod mireris in libro egregio et acuminis pleno quem Hermannus Paulus scripsit [3]) geminationis iustam mentionem factam non esse et uno tantum loco verba ut *wauwau putput papa mama* tractata et ex nutricum lingua desumpta esse dici. Quod iam Woelfflinus recte vituperavit [4]).

Ricardus Volkmann [5]) in libro notissimo ex ordine locos scriptorum veterum qui de geminationis figura et de figuris cognatis scripserunt collegit, etiam perpaucas ex illis scriptis observationes collatas de vi geminationis adiecit, quas alliis locis tractavimus.

Post has selectas opiniones a viris doctis recentiorum temporum prolatas iam disputationem Woelfflini ipsam tractabo, in qua copiose egit de geminatione in sermone Latino obvia inde a vetustissima lingua usque ad linguam qua Itali hodierni utuntur, idque eandem fere geminationem intellegens quam ego definivi. Quae disputatio

---

1) Vorlesungen über Lateinische Sprachwissenschaft (1874) I, 193: „Durch Wiederholung soll der Begriff erweitert werden: *wowo* = wo auch immer".

2) Die doppelte Anrede als Ausdruck des Schmerzgefühles unter der erhobenen Stimmung. Ebenso Eun. 91: o Thaïs Thaïs. Paulo melius scripsisset — non dolorem sed — „vim doloris indicat". Praetera alios locos eiusdem poetae velut Heaut Tim. 348: 'Syre Syre', Hecyra 856: 'Bacchis, o mea Bacchis', Adelph. 256: 'o frater frater' addere potuit, ubi geminationem aliorum affectuum asseverationem indicat.

3) Principien der Sprachgeschichte 1880, p. 191; ed.4 (1909) p. 181.

4) l. l. p. 446: Wenn man diesen sich noch weiter ausdehnenden, aber fast nur auf die Dinge der Kinderwelt beschränkten Wortschatz 'Ammensprache' genannt hat, so ist man damit der Sache nicht auf den Grund gegangen. Vgl. Herm. Paul.

5) Die Rhetorik der Griechen und Römer in systematischer Uebersicht dargestelt 1872, ed. altera 1885.

identidem laudatur[1]). Nec iniuria, nam si non omnia, satis multa exempla congesta sunt, ut certi aliquid inde effici possit. De progressione figurae quam invenisse W. sibi visus est postea acturus nonnullas observationes nunc praemittam.

Quod ad materiam collectam attinet, non omnia exempla congessit ne e Plauto et Terentio quidem. Neque curavit contextum in quo geminationes inveniuntur, unde nonnulla aliena quoque fortasse ex indicibus desumpta leguntur[2]). De vi geminationis non multas observationes dedit, multo minus quam Pottius, quo factum est ut quid iudicaverit plerumque ex divisione ab eo instituta quaerendum sit.

Agens de divisione secundum varios affectus animi, quam Volkmannus[3]) e Quintiliano desumpserat, Woelfflinus declarat se vestigia horum sequi nolle novam divisionem instituens geminationum quas et affirmativas et rhetoricas nominat secundum divisiones verborum a grammaticis institutas[4]). Hac re viam a Quintiliano monstratam relictam esse ego quidem doleo, immo rationem a Quintiliano indicatam meliorem censeo, quam Pottium falso secutus relinquere Woelfflinus non debuit[5]). Pottium enim divisiones suas instituens secutus esse videtur praesertim ubi de geminationibus apud posteriores agit idque confuse et dubitanter, cum hanc divisionem protulerit:

I. geminationem affirmativam (rhetoricam, emphaticam).
II. „ plurativam et iterativam.
III. „ intensivam.

Tertiam enim divisionem omnino ex libro Pottii desumpsisse videtur iisdem etiam exemplis usus: *murmur, susurrus, papilio, tintinnire, turtur, ulula upupa, cuculus.* Geminationes plurativas

---

1) Th. Birt 1900 et 1910; Dziatsko—Hauler, Ter. Phormio ed.[3] 1904; H. Hultenberg diss. Upsala 1903; Einar Löffstedt 1911 Wernicke diss. Rostochii 1912.

2) Sic inter exempla recepit Plaut. Mil. 429: „Enim ne nos nosmet perdiderimus uspiam", ubi alterum 'nos' subiectum alterum 'nos' obiectum est.

3) l. l. p. 466 al.

4) l. l. 429: 'Ob es passend sei mit Volkmann die Theilung in amplificatio und commiseratio beizubehalten, wollen wir nicht entscheiden, doch scheint uns Apsines 406 richtiger sich auszudrücken wenn er von der rhetorischen Geminationen im Allgemeinen sagt πάθος ποιοῦσιν'.

5) Hoc loco commemorare velim quae Wundt[3] I, 2, p. 595 in adnotatione agens de metaphora scribit: 'Einen Fortschritt hat die Behandlung der Metaphern in dieser Beziehung in den Darstellungen der Rhetorik seit Quintilian kaum gemacht. Seine Sätze kehren meist nur mit reicherer Sammlung von Beispielen bei neueren Auctoren wieder.'

et iterativas alienas a lingua Latina et Graeca[1]) putat, aut si umquam fuerint praesertim in pronominibus[2]) — iam evanuisse — tantum in pronomine *quisquis* mansisse[2]). Etiam dubitat num geminationes ita recte indicentur nec tamen aliud nomen proponit[3]). Recte autem, ex parte saltem, geminationes apud scriptores qui Africani et Christiani dicuntur saepissime inventas *procul procul, liber liber, miser a miser, clare clare, benest benest, bene bene, melius melius, modo modo, vere vere, valde valde, longe longeque, multo multoque, penitus penitusque, nimium nimiumque, diu diuque, vix vixque,* pro geminationibus intensivis habet, (de perpaucis exemplis ex scriptis Ciceronis, Catulli, Tibulli, Horatii, Ovidii fere nihil dicit); at contra omnes geminationes in fabulis Plautinis et Terentianis inter geminationes affirmativas (rhetoricas, emphaticas) recepit[4]). Dicas eum acri suo ingenio

---

1) p. 441 al. 1. 'Diese plurative Gem. (wie radja radja) ist indessen der lateinischen wie der griechischen Sprache fern geblieben, oder wenn sie ihr je einmal eigen war, überwunden worden durch die in allen Theilen des Wortschatzes durchdringenden organischen Pluralendungen. Nur im denjenigen Redetheile könnte ein Ueberrest erhalten sein, der überhaupt manche alterthümliche Bildung bewahrt hat, in dem Pronomen, welches als Suffix zur Conjugation verwendet wurde. Wenigstens soll nach einer heute weit verbreiteten Ansicht *fertis*, ihr traget, entstanden sein aus *fer-ti-si*, tragen du du, gleichsam *tu σύ* = tragen ihr, und auch der Plural des Imperativs *amatote* könnte vielleicht so gedeutet werden'. (Sic!)

2) p. 446 al. 1. 'Ist es uns bisher nur gelungen zerstreute Spuren dieser Gemination aufzudecken (in *murmur* cet.), so finden wir eine weitverzweigte hiehergehörige Wortfamilie in demjenigen Redetheile wieder, dessen conservativen Charakter wir schon oben haben sehen können, im Pronomen, und zwar in *quisquis* und den davon abgeleiteten Formen. (Assyrisch *mamman*, wer nur immer, hebr. אִישׁ אִישׁ, jedermann, Gen. 40, 5. Exod. 36, 4. Joel 2, 7)'.

3) p. 446 s.f. Pluralisch dürfen wir diese Gemination nicht nennen, weil das Pronomen nicht für *omnes* steht, sondern die Mehrheit immer in die einzelnen Theilen auflöst et p. 453 sq: Wenn nun schon bei *quisquis* von der Vorstellung einer Mehrheit ausgegangen wird, so gilt die Aussage doch nicht von Allen miteinander, sondern nur von jedem Einzelnen, und darum wird das Pronomen kaum *κατὰ σύνεσιν* mit dem Plural verbunden werden, obschon dies bei dem indefiniten *quisque* häufig der Fall ist. Aber während *quisquis fecit* ursprünglich bedeutete „jeder der es gethan hat", sowohl der A als auch der B u. s. w., in welchem Falle der Indicativ allein zulässig war, kann es bekanntlich auch heiszen, „wer es auch gethan haben möge", so dass unter Vielen die Auswahl gelassen, aber nur einer als der Thäter gedacht wird. Dieses *quisquis* werden wir nicht mehr plurativ nennen dürfen, wie man es auch nicht durch einen Plural umschreiben könnte.

4) Ipse Woelfflinus p 486 his verbis: „die affirmativ-intensive Gemination" usus est.

res..... confudisse. Duas causas fuisse dixerim, cur ita fecerit, priorem quod paucas geminationes in libris latinitatis aureae inveniens sibi persuaserit geminationem (praeter antiquam geminationem plurativam-iterativam) non ex ingenio linguae Latinae fuisse, qua opinione in errorem ductus exempla apud Plautum et Terentium consuetudini rhetoricae cuidam ascribendas esse putarit, alteram quod geminationem in hodierna lingua Italica e lingua Hebraica manasse putaverit.

Praeterea Woelfflinus exempla sua dividit non secundum varios affectus animi, sed secundum divisiones verborum ex re logica ab Aristotele et a Stoicis et a grammaticis eos imitantibus institutas, quae ut congruant cum verbis affectus animi significantibus fieri omnino non potest, quod Wundtius rectissime admonet [1]), quod Woelfflinus prorsus non perspexisse videtur [2]). Hac divisione coactus geminationes vocativorum et imperativorum separat, et interiectionum utpote nominum indeclinabilium post omnes nominat, quamquam haec tria in animo humano arte inter se cohaerent et nonnulli vocativi et imperativi ita attenuati sunt, ut interiectionis vim assecuti sint. Hoc ipse Woelfflinus intellexit [3]), sed ex hac re effici ut divisiones institutae secum pugnarent non intellexit, [4]) ut saepius verum ex parte tantum dispexit [5]). Ex confusione igitur quadam mentis divisionem ortam esse iudico, quae confusio ipsa fortasse originem traxit ex opinione communi illius temporis, et

---

1) l. l. I, 1, p. 290 s.f. (de lingua parvorum puerorum agens).... das Vorurteil, dasz der Mensch von Haus aus ein Wesen sei, das in seinen Handlungen von logischen Reflexionen bestimmt werde.

2) Plane declarat p. 429 al. 1: Da diese Gemination in den verschiedenen Redetheilen verschieden reflectiert, so werden wir dieselben im Folgenden auseinander zu halten haben.

3) l. l. p. 434 al.: Beim Verbum hat der Imperativ entsprechend dem Vocativ des Nomens, die Gemination am häufigsten angenommen; p. 435 al. 2: Zur Interjection herabgesunken ist der Imperativ *age age.*

4) l. l. p. 471: Fanden wir die rhetorische Gemination (in quam geminationes Plauti et Terentii recepit) ohne Copula bei allen Redetheilen, die plurative meist beim Nomen, die iterative beim Verbum und beim Comparativ, meist mit Copula, so trifft die Intensive vorwiegend den Positiv des Adjectivs, bzhw. Adverbs.

5) Sic saepius inter breves animadversiones quas adspersit, bona multa inveniuntur, cf. e. g.:

P. 429: im gewöhnlichen Leben, wenn man einen stärkeren Affect irgend welcher Art hineinlegt.

P. 436: Da der Conjunctiv der Aufforderung oder des Wunsches an Energie hinter dem Imperativ zurücksteht, so eignet er sich auch weniger zur Gemination.

P. 442: So wird durch Verdoppelung der Begriff der Vielheit noch stärker hervorgehoben.

aucta est ex difficultate rei tractandae, quam Woelfflinus ipse disputationis initio attigit [1]).

Sicut veram geminationis vim non perspexit, ita ei deminutionem inesse in lingua Latina non dicit, ut Pottius, quamquam aeque ac Pottius eam hanc vim habere posse videtur putare, siquidem dicit in lingua Aethiopica vocem *mediocris* geminatione exprimi [2]).

Sed hactenus de disputatione Woelfflinia, quae sua merita habet imprimis cum primum hanc rem tractaverit nec post eum alius de tota re disputaverit. Subiciam nonnullas animadversiones quae post Woelfflinum promptae sunt.

Schmalzius in grammatica notissima (cf. ed[4]. 1910 p. 670) eadem dixit quae Woelfflinus l.l. p. 427. Theodorus Birtius qui primo [3]), quae antea de geminatione dicta sint non satisfacere dixerat, simul se ipsum rem tractaturum promittens, post hoc consilio destitisse videtur (in editione Verg. Catalepti p. 153). Quamquam veram vim geminationis incrementum esse putare videtur, pauca quae addit non multum lucis afferunt, licet recte moneat ut genera litterarum diligenter distinguantur [4]). Eduardus Norden in editione praeclara

---

1) l. l. p. 426: Die Beobachtungen des Latinisten haben für die Kenntniss der romanischen Sprachen immer die Bedeutung eines Lichtes, welches in der Höhe schwebt; ist es auch an sich nicht sehr intensiv, so wirkt es doch vermöge seiner günstigen Stellung, und in diesem Gefühle ist die folgende *mit ungewöhnlichen Schwierigkeiten verbundene Darstellung* versucht worden.

2) l. l. p. 424: Die Wiederholung eines Wortes ist ein so einfaches und naheliegendes Mittel des sprachlichen Ausdruckes, dass nicht nur die indogermanischen, sondern auch die semitischen und wohl alle Sprachen überhaupt dasselbe im verschiedenem Sinne ausgenutzt haben (die Nubier sagen beispielsweise *bên bên*, zwischen zwischen = mittelmässig). P. 440: Auch in den malayisch-polynesischen Sprachen wird der Plural vermittelst der Gemination gebildet z. B. *radja radja* Könige, während in Mankassar mit bâlla-bâlla ein kleines Haus, also das Deminutiv bezeichnet wird.

3) Arch. f. Lexik. u. Gramm. II (1900) Das Arvallied, p. 171: Ich gedenke bei anderer Gelegenheit vielleicht einmal eingehender über Doppelung zu handeln (denn A. F. Pott, Doppelung 1862, Wölfflin. Sitz. Ber. d. bayr. Ak. 1882. Stolz 439f geben durchaus nicht alles, was sich darüber sagen liesse). Doppelsetzung von Imperativen aber war zur Steigerung der Eindringlichkeit beliebt, besonders in der Wendung *age age*. Pl. Epid 631 u. sonst; ebenso *mane mane*, *tace tace*, al.

4) 'Wer einmal eine Geschichte der Doppelung geben wird, wird bemerken, dasz ihre Verwendung zu Zaubersprüchen (so Norden, Vergil. VI, p. 136 u. 461) nur eine Nebenerscheinung ist. Doch werden dabei die Litteraturgattungen zu sondern, auch auf die Verwendung der verschiedenen Wortklassen zu achten sein; Pronomina wie *iste iste*, subst. wie *ϑυμὲ, ϑυμέ* Archil. fr. 62, 1.' Si ex his ultimis verbis (cf. ibid. p. 60: die kraftvollen Demonstrativa *ille iste*) colligendum est virum clarissimum vim vocis non geminatae diligenter perscrutandam esse existimavisse, sane dolendum est virum tanti acuminis consilium deposuisse.

libri Aeneidis sexti agit de geminatione in sermone qui, ad res sacras pertinet, neque in ea aliam vim invenisse videtur atque asseverationem atque affirmationem [1]).

Restat ut eos auctores tractemus qui principiis ex re psychologica quae dicitur desumptis nisi de geminatione egerunt.

Inter hos duo auctores locupletisumi sunt, inter se maxime differentes, W. Wundtius et Jac. v. Ginneken, qui hac re consentiunt, quod geminationem non cum Woelfflino rem parvi momenti [2]) in lingua esse putant, sed potius Pottium secuti eam tamquam pertinentem ad ea, quibus homines loquentes ad cogitationes accurate exprimendas utuntur, contemplatione dignissimam iudicantes diligentissime perpendunt. Quorum uterque ratione ac via praeceptis psychologiae obtemperans quaerit, quibus modis lingua significatio sit animi humani, quamquam uterque Pottium nonnumquam meo iudicio temere sequitur (Wundtius ubi de geminatione

---

1) l. l. p. 136: Dasz die Wiederholung von *deus* in den Worten der Sibylle *deus ecce deus* auf einem Ritual beruht, scheint aus Ovid. Met. XV 677ff. zu folgen .... Aehnliches findet sich auch sonst *Ἄξιε ταῦρε, ἄξιε ταῦρε. Ἑκὰς ἑκάς*, procul o procul .... *ἄρτι ἄρτι, ἤδη ἤδη*, solve solve cet.... Die überall zu Grunde liegende Vorstellung ist, dasz durch die Wiederholung die Richtigkeit oder Dringlichkeit des Wortes betont werden soll.

Ibid. p. 461: Aus dem Prinzip der Beteuerung vermittels Doppelung des Begriffs ist vielleicht auch zu erklären Horaz Carmin. IV. 1, 2 *parce precor precor;* II. 17, 9 *non ego perfidum dixi sacramentum: ibimus ibimus*, möglicherweise auch IV. 2, 49f. *teque dum procedis io Triumphe non semel dicemus, io Triumphe civitas omnis.* Denn die Erklärung der letzten Stelle durch Kiessling-Heinze: „Die Wiederholung malt das durch die Strasze sich fortpflanzende Jubelgeschrei beim Nahen des Zuges" scheint mir künstlich; auch legen die bei Horaz folgenden Worte *dabimusque divis tura benignis* eine sakrale Vorstellung nahe; die Arvalbrüder riefen fünfmal Triumpe. Ueber Wortdoppelung zum Zweck der Verstärkung des Begriffs handelt, wie mir Wünsch bemerkt, O. Crusius zu Herondas 4, 61 (ed. min. p. 36 not). (Hic tamen non legitur Crusii opinio de vi geminationis sed tantum loci laudati sunt ubi geminationes inveniuntur.)

2) P. 424: ein einfaches und naheliegendes Mittel des Ausdrucks, cf. p. 462/3, 482, 485 et imprimis p. 490: von der intensiven Gemination im Positiv.... glauben wir zunächst negativ behaupten zu dürfen, dass sie nicht als griechisch gelten kann; die Griechen hatten ein zu feines Gefühl, um eine so äusserliche, nach ihrem Geschmacke offenbar rohe Ausdrucksweise zu dulden und selbst vom Neugriechischen wird es noch gelten, dass auf die Wiederholung eines Positivs nur etwa ein Kind verfallen kann. (Quid quod in sola Aiacis Sophoclei fabula triginta fere geminationes leguntur, in quibus duo velut *πολὺν πολὺν χρόνον* (414), *ὢ τάλας ἐγώ, τάλας* (981), in Aristoph. Eq. fere viginti, una adiectivi, tres adverbii).

mutata significatione cum mutato sono agit[1]); van Ginneken ubi geminationem deminutivam tractat[2]).

Wundtius in capite quod „Wortbildung" inscribitur agens de geminatione, antequam divisionem praebet, longius de hac re praefatus, geminatione tantum affirmationem et incrementum addi, cuius pars numerus pluralis sit, iudicat, sed hac in re maximi momenti esse tam ea quae sensus moveant et quomodo singulos homines moveant, utrum notiones verborum magis an minus aptae sint ut augeantur, quam dicendi genus et mentem eius qui loquitur[3]).

Wundtius inclinatus fuit ut statueret in lingua Latina adhuc reliquias geminationis plurativae extare in voce *mamma*, sed postea in corrigendis hoc retractavit neque in posteriores editiones recepit[4]). Idem inter geminationis divisiones geminationem demi-

---

1) l. l. I, 1, p. 638.

2) l. l. § 423 al. 3.

3) l. l. I, p. 637. In Verdoppelung zur Steigerung von Eigenschafftsbegriffen liegt nun zugleich das Motiv für eine weitere Variation der Bedeutung: die Verdoppelung gibt den verstärkten Eindruck wieder, den die Wahrnehmung der Eigenschaft auf den Redenden macht, und damit wird sie zum Ausdruck einer auch objektiv gröszeren Intensität der Eigenschaft selbst. Was bei dem Mehrheitsausdruck als sinnliches Bild eines extensiven Wachstums gilt, das wandelt sich also nun in ein solches für eine intensive Steigerung um. Dabei spielt aber offenbar der Gefühlsfactor eine gröszere Rolle. Denn während die Unterscheidung von Einheit und Mehrheit, Einzelbegriff und Kollektivum wesentlich Sache der objektiven Anschauung ist, beruht die Wertabstufung der Eigenschaften nicht blosz auf dem Gegenstand selbst, sondern mehr noch auf dem subjectiven Eindruck, den er hervorbringt. Dies spricht sich auch darin aus, dasz solche komparative und superlative Verwendungen der Verdoppelung am allermeisten bei Eigenschaften vorkommen, die mit irgendeiner subjektiven Gefühlserregung verbunden sind. Neben 'grosz' und 'klein' sind es daher hauptsächlich die moralischen und ästhetischen Qualitäten 'gut' 'schlecht' 'schön' u. dgl., für die sich diese Art der Steigerung teils von frühe an findet, teils aber auch in den Kultursprachen erhalten bleibt. So gebraucht noch heute die naive Erzählung, wie sie etwa das Märchen anwendet, mit Vorliebe die sinnlich lebendigere Steigerung durch die Wiederholung des Eigenschaftworts: 'ein reicher reicher Mann' u. dgl. Sodann ist diese Form der natürliche Ausdruck verstärkter Affektbetonung, und bei Völkern von lebhaftem Temperament ist sie daher häufig zu finden: so im Italienischen in Ausdrücken wie *alto alto*, *tutti tutti*, *bello bellissimo*. In den Sprachen mancher Naturvölker haben sich aber die Verdoppelungsformen über alle möglichen Eigenschaftsbegriffe ausgedehnt.

4) l. l. ed.[1] I, 1, p. 586: In dem Wortschatz der indogermanischen und der semitischen Sprachen haben sich nur schwache Reste dieser Form in der Bezeichnung der weiblichen Brüste enthalten, so im franz. *mamelle* (lat. *mamma*) cet, quam sententiam postea I, 2, p. 618 his verbis correxit: Bei den hier aus indogermanischem Gebiet angeführten Verdoppelungsformen zur Bezeichnung einer

nutivam non accepit, quamquam p. 638 de variatione vel mutatione geminatione effecta egit, de qua infra agam.

Van Ginneken in libro suo acuminis et liberi iudicii pleno atque lepide scripto sat multis locis de geminatione agit, praesertim ubi semasiologiam tractat, sed etiam saepius ubi de accentu disputat et alibi. Idem non separatim de geminatione plurativa scribit, sed dum § 651 sqq. copiose explicat vim affirmativam et emphaticam quae in geminatione inest, eandem etiam inertiae mentis exprimendae inservire iudicat § 650 et § 657, et § 423 al. 3 expressis verbis Pottium vim deminutivam geminationi adiudicantem laudat[1]).

Frustra in utroque libro quaesivi, ubi diserte haec definitio geminationis legeretur: in geminatione est asseveratio vocis non geminatae. Immo van Ginneken inertiam geminatione effectam admittit, Wundtius de variatione geminatione effecta loquitur atque etiam sententiam meam impugnare videtur[2]), siquidem contra Gabelentzium disserit, qui in geminationibus eiusmodi quae „Wurzelwiederholungen" dicuntur, principalem significationem in voce non geminata ponere mallet, quamquam non negandum Wundtium haec dicere de geminationibus illis obsoletis, quarum partes non geminatae non per se extant et olim extitisse tantum coniectura statuuntur.

Sententiis virorum clarissimorum perpensis non desisto existimare g e m i n a t i o n e m s e m p e r e a n d e m r a t i o n e m p s y c h i c a m o s t e n d e r e sc. a s s e v e r a t i o n e m v o c i s n o n g e m i n a t a e (sive extensive sive intensive, sive quantitatem sive qualitatem exprimentis) atque iam significationem geminationis inesse in iis quae is qui loquitur voce non geminata significare voluerit, itaque geminationem ipsam nihil novi quod ad sensum attinet addere neque *χάριν* vel leporem neque misericordiam, ut veteres gram-

---

Mehrheit von Gegenständen ist warscheinlich durchweg die Reduplication eine secundäre Erscheinung. Lat. *mamma* (fr. *mamelle*) ist aus **madmā* (zu *madeo*) entstanden, wobei *-ma* Suffix ist cet. Es scheint daher, dass die Reduplication zur Bezeichnung einer Zweiheit oder Mehrheit von Gegenständen auf indogermanischem Gebiet überhaupt als primäre Erscheinung nicht vorkommt. Ed.³ I, 1, p. 636: Viel spärlicher ist die Wiederholung in dieser Anwendung auf Gegenstandsbegriffe in den indogermanischen und semitischen Sprachen, und wo sie vorkommt, da scheint sie eine sekundäre, durch Lautassimilation oder durch verbale Ableitung entstandene Erscheinung zu sein.

1) § 423 al. 3: Welnu, reeds Pott heeft op de bizonderheid gewezen, dat de reduplicatie, die meestal versterkt, óók soms de beteekenis heeft „des Schillerns, Aehnelns, gls nur hier und her schwankenden Herumspielens", van verzwakking „wie das deutsche *-lich*, etwas", b.v. 't is maar *zoo zoo*, *la lu* enz.

2) l. l. I. 1, 629 sq.

matici arbitrati sunt neque dolori vel desperationi exprimendae inservire, quod Spengelius et Woelfflinus alii perhibuerunt, sed asseverationem leporis, misericordiae, doloris, desperationis, quae iam in voce non geminata inerant, exprimere.

In geminationibus quae iterativae dicuntur plerumque invenimus nudam imitationem soni ita ut in natura revera auditur, *murmur*, *turtur*, *susurrus*, *cuculus* cet., vel repetitionis oculis observatae, *volvo*, *πίμπλημι*, *μαρμαίρειν* [1]), neque hae sunt geminationes animo humano moto effectae. In geminationibus vero quae iterativae dicuntur ubi copula additur *etiam atque etiam*, *magis magisque* [2]), meo iudicio ipsa copula repetitio vel adiectio exprimitur, quae adiectio minime in geminatione est, quae mihi causa fuit cur haec atque talia disputationi meae complectenda non esse putarem.

Ut demonstrem in geminatione significationem plurativam vel deminutivam non inesse exempli gratia utar voce *quisquis*, cui voci Woelfflinus tam diserte illam significationem vel potius distributivam [3]) inesse perhibuit [2]). Woelfflinus ab hac opinione profectus esse videtur: *quisquis* olim idem valuisse atque *quisque* [4]), haec duo vocabula deinde diversas significationes adepta esse [5]), *quisquis* factum esse pronomen relativum, *quisque* pronomen indefinitum, ne unum quidem verbum addens de voce non geminata *quis*. Ego contra haec dissero: Pronomen *quis* habet vim rogativam et indefinitam [6]), *quisquis* habet meo iudicio geminationis vim intensivam ex asseveratione ortam, at in voce *quisque* copula *que* addit alteram significationem auctionis vel adiectionis (cf. Walde s.v. *que*, Brugmann Dem. 64; Glotta III p. 3). Eadem haec asseveratio significationis indefinitae, quae iam ipsi vocabulo inest, me iudice causa fuit cur nonnulli putarent geminationem significare posse inertiam vel deminutionem, cui opinioni a Pottio et van Ginneken [7]) prolatae iam nunc repugnabo.

Exemplis ab iis collatis ex linguis Malayo-Polynesiis imprimis in vocabulis colores indicantibus omnes addunt ex lingua Germanica geminationem *so so*, nonnulli ex lingua Gallica *la la*. Demonstrare igitur conabor vim indefinitam vel deminutivam non effici geminatione, sed eam vim iam inesse in vocabulo non geminato expressam

---

1) Wundt l. l. I. 1, p. 633, 635 sq.
2) Woelfflin l. l. p. 477 sqq.
3) l. l. p. 445, 446.
4) l. l. p. 454 initio.
5) l. l. p. 453 in fine.
6) Cf. Walde s. v., W. Kroll, Glotta, III, p. 1 sqq.
7) Pott l. l. p. 87; van Ginneken l. l. § 423.

voce eius qui loquitur; itaque geminatione ipsam vim indefinitam tantum asseverari.

Praeter locos iam antea laudatos, Pottius saepius agit de hac re, nec mirum, ipse miratus, quod eadem res, quae affirmare solet etiam deminuere [1]) possit [2]), imprimis in coloribus significandis et in lingua Hebraica. Cum in aliis linguis *rood rood* significet valde rubrum, in lingua Hebraica eadem geminatio subrubidum significare potest. Ut omittam de significatione vocis אֲדַמְדָּם inter viros doctos non convenire, nec constare utrum color capilli vel corporis indicetur, neque omnino quae nomina colorum ab antiquis adhibita sint facile statui posse, tamen, ut significatio *subrubidus* recta sit, haud scimus, annon is qui ea voce usus sit attenuatum colorem significare voluerit geminatione. Fieri enim potest ut attenuatus color iam significatus sit voce eius qui loquebatur in vocabulo non geminato, ita ut huius sensus fuerit: paene rubrum.

Van Ginneken ut iam dixi Pottio hac in re assentitur addens etiam ex lingua Belgica „*'t is maar zoo zoo*", sed in his vocabulis

---

[1]) l. l. p. 86 in f.: In Semitischen Sprachen Doppelung bei Farben, um Schwäche derselben, was anderwärts *sub-* oder Dem. (Et. F. Th. I S. 185 fg.), auszudrücken, Bindseil S. 598. Auch im T'hai (Low, Siamese Gramm. p. 69) als Compos. of degree: *dêng dêng* 'Reddish', und *dam dam* 'Blackish'. Sonderbarer Weise also nicht mit Steigerung nach aufwärts, sondern vielmehr unter den Nullpunkt herunter, — in verringernder Weise, und demnach etwa gedacht, wie unser *so so*; d. h. von, mit Bezug auf das Genüge nur zweifelhafter Beschaffenheit. Aehnlich bekommt *na* im Ill., obwohl 'auf', zuweilen einen verringernden Sinn, wobei die Meinung wohl nur dahin geht, eine Annäherung *an* ein Ziel, ein losgehen darauf (ohne Erreichung) vor die Augen zu bringen. Pag. 101, in f.: Bindseil, der in den Sprachvergl. Abh I, S. 596—598 Beispiele der Begriffs-Verstärkung mittelst Reduplikation aus Semitischen und andern Sprachen beibringt, und das, was mir noch der Bestätigung zu bedürfen scheint, Doppelung sogar zuweilen zu Hervorhebung des schwächeren Geslechts angewendet glaubt, weist in diesem Betracht auch namentlich darauf hin, wie in entgegengesetzter, d. h. deminuirender, Richtung im Hebr. reduplicirte Farbenbenennungen zur Bezeichnung des Schillerns, Aehnelns, gls. nur hin und her schwankenden Herumspielens um eine Farbe herum, dienen Als gleichfalls eine Farbe abgeschwächter Art z. B. אֲדַמְדָּם schwachroth, röthlich, *subrubidus*. Vgl. *so so* (*so la la*) für mittelmäszig im Deutschen.

[2]) Iam vetus error esse videtur putare id quod asseverationi inservit etiam deminutionem significare posse. Iam apud Varronem de L. L. (ed. Goetz-Schoell 1910, p. 197, 20) a Servio ad Aen. V 409 laudatum, cf. Pott, p. 101: „senior et iunior comparativi sunt per inminutionem". Meo iudicio 'iunior' comparatur cum seniore, senior cum iuniore ita ut in utraque re comparativus gradus suam vim amplificativam habere possit neque significationis deminutivae vola aut vestigium sit. Sic in Homerica voce *θηλυτέρα* tacite opponitur sexus virilis; sic quoque formata sunt vocabula *δεξίτερος*, dexter, sinister, alter, al. Cf. Fr. Bechtel, Lexilogus zu Homer, 1914, s. v. *ἀγρότερος*.

demonstrare posse mihi videor deminutionem, quam in iis inesse minime nego, iam in vocabulo non geminato *zoo* inesse significatam voce eius qui loquitur [1]). Nam non solum dicimus *'t is maar zo zo* sed etiam *'t is maar zo*. Roganti *hoe vin je dat boek?* respondetur et *zo zo* et *zo*. Hoc semel pronuntiatum *zo* iam debili sono ab eo qui loquitur pronuntiatur [2]). Sic vocabulum legitur apud auctorem Multatuli [3]). Hoc *zo* debile et iners geminatione asseveratur atque fit *zo zo*, quod idem valet atque *zo, ja zo* [4]). Si *zó* cum emphasi pronuntiatum geminatur, fit *zó zó* quod gravissimam vim significat [5]).

Sic demum intellegitur quomodo geminatum *rood rubrum*, ex semel haesitanter pronuntiato *rubrum* geminatum, in lingua Hebraica (fac hoc certum esse) *subrubidum* significare possit et in lingua Aethiopica [6]) idem fiat in multis adiectivis colores indicantibus, at contra in lingua [7]) quam incolae insulae Hawaii usurpant idem geminatum *rood* et in lingua Italica *rosso rosso* valde rubrum significent [8]). Variatio [9]) vocis efficit ut vocabulum non geminatum varias significationes accipiat, quas geminatio semper asseverat [10]). Sic suspicor, nam linguae qua Daiacceri

---

1) Quamquam maximi momenti variatio vocis in rebus grammaticis nimis saepe neglegitur.

2) Cf. Bindseil, Pott, p. 101: Schillernd, aehnelnd, mittelmässig, so so, la la, wie das deutsche '-lich, etwa'.

3) Multatuli, Brieven[2] I 92 al. 1: *Ik*: Hoe amuseert gij u hier? *Zij*: Zoooooo (gij kent de toonbuiging waarmede men *zoo* kan zeggen, dat het de kracht van ellendig verkrijgt).

4) Idem dici potest de gallico *la la*, nam et hoc non geminatum eadem significatione legitur, cf. Darmesteter et Hartzfeld. Dictionnaire général, s. v. la: „*Là* ou *là là* interject., Là, ne vous troublez point. Là là madame, tout doucement; cet. Et in lingua Graeca *ὅσον ὅσον* et *ὅσον* ambo mediocritatem significantia.

5) „*Zó, zó* en niet anders. *Zó, zó* wil ik het hebben. Et in carmine quodam de nativitate Iesus: „'Jezus is geboren', *zó, zó* klinkt ons dankbaar lied".

6) Pott, p. 102.

7) *ula* roth, aber *ula-ula* (roth-roth) Scharlach od. purpur. Pott l. l. p. 87; Wundt[3] I, 1, p. 638.

8) Wölfflin, l. l. 473 *rosso rosso* um den intensiven Character der Farbe zu bezeichnen.

9) Cf. illud dictum Guil. Humboldtii: Jeder der wiederholten Laute spricht das ganze Object aus, iam laudatum.

10) Wundt l. l. I, 1, p. 638: Endlich können aber auch nebeneinander verschiedene derartige Modifikationen einer Eigenschaft durch wechselnde Betonung des einen Wiederholungswortes bezeichnet werden, nach Analogie der onomatopoetischen Bildungen mit Lautvariation. So bedeutet für den Dajaken *gila-gila* (mit ausschlieszlicher Betonung des zweiten Wortes) ein wenig dumm, *gila-gila* (mit doppelter Betonung) sehr dumm.

in insula Borneo loquuntur minime peritus sum, hos homines si magnum gradum stupiditatis indicare velint, semel pronuntiatum *gila* cum emphasi exprimere et addita geminatione hoc asseverare, at si indicandum est hominem non multum in stupiditate progressum esse, id facere pronuntiantes idem vocabulum *gila*, variata voce et sine ulla emphasi, quod geminatione asseverare possint[1]).

Probari vix opus est in omnibus linguis variata voce vocabula permulta varias significationes consequi, ita ut simpliciter de vera significatione verborum loqui vix liceat[2]). Huius rei exemplum iam dedimus in voce Belgica *zo*, sed etiam Latinum *sic*, quod ei plane respondet, eandem variationem praebet.

Sic Heaut. Tim. 161 sqq. legimus: (duo senes inter se loquuntur)

161. SENEX. Nunc si commodumst
162. (Dionysia hic sunt hodie), apud me sis volo.
163. SEN. ALTER. Non possum. SEN. PRIOR. Quor non? Quaeso tandem aliquantulum
164. Tibi parce: idem absens facere te hoc volt filius.
165. SEN. ALTER. Non convenit, qui illum ad laborem hinc pepulerim,
166. Nunc me ipsum fugere. SEN. PRIOR. Sicinest sententia?
167. SEN. ALTER. *Sic*. SEN. PRIOR. Bene vale. SEN. ALTER. Et tu. —

Haut. Tim. 242: SERVUS. Ain tu? CONSERVUS. *Sic* est.

Ibidem 429 sqq. (Senes duo inter se loquuntur):

429. PRIOR. Numquidnam de meo gnato audivisti, Chremes?
430. ALTER. Valet atque vivit. PRIOR. Ubinam est quaeso? ALTER. Apud me domi.
431. PRIOR. Meus gnatus? ALTER. *Sic* est. PRIOR. Venit? ALTER. Certe . . . . . .

Eun. 718 sq: ANCILLA. Parmenionis tam scio esse hanc techinam quam me vivere.

719. DORIAS. *Sic* est.

Adelph. 654 sq. ADUL. Hem, virginem ut secum avehat?

655. SENEX. Sic est. ADUL. Miletum usque obsecro? SEN. Ita . . . . . .

---

1) Sonum et accentum huc etiam accedere animadvertit quoque C. Brockelmann, Grundriss der Vergl. Gramm. der Semitischen Sprachen, 1913, II § 283*b*. „Solche Paare können aber auch je nach dem Zusammenhang und je nach dem Tonfall, mit dem sie ausgesprochen werden, verächtlichen Sinn haben, wie arab. *hādā 'l-'amru baina baina.* »diese Sache ist so so«.

2) Vir doctus *Bradley* in libro *The making of English* vocabulo utitur 'emotional connotation'; *K. O. Erdmann* in libro *Die Bedeutung des Wortes*, Leipzig 1903 'Gefühlswerth'; de Vooys in De Nieuwe Taalgids I (1907) p. 158 'de 'gevoelswaarde' van het woord'.

His omnibus locis *sic* simplex cum emphasi pronuntiatur.

Contra *sic* deminativam vim habet e. g.:

Andria 804: SENEX. Quid vos? Quo pacto hic? Satine recte?
ANCILLA. Nosne? *Sic* [1]);
805. 'ut quimus' aïunt, quando 'ut volumus' non licet.

Phorm. 144 sqq. SERVUS. Quid paedagogus ille, qui citharistriam?
145. Quid rei gerit? SERV. ALTER. *Sic*, tenuiter.
SERV. PRIOR. Non multum habet
146. Quod det fortasse? SERV. ALTER. Nihil habet nisi spem meram.

Heaut. Tim. 457 sqq.: (Senex de sumptibus filii sui querens)
457. Nam ut alia omittam, pytissando modo mihi
458. Quid vini absumpsit '*sic* [2]) hoc' dicens; 'asperum,
459. Pater, hoc est: aliud lenius sodes vide!'

ibidem 521 sqq. SERVUS. Mulier commoda,
522. Faceta haec meretrix. SENEX. Sane itidem visast mihi.
523. SERV. Et quidem, ere, forma luculenta.
SEN. *Sic* [3]), satis.

Illud 'sic satis' saepius in colloquio adhibetur ad mediocrem assensum indicandum cf. 'Scisne linguam Latinam?' 'Sic satis'.

Item praeter adhortativum *age*, aliud *age* usurpatur quod patientiam et mediocrem assensum indicat; cf. Age sis latine colloquamur. Respondetur: *Age* sane.

Utrumque *age* et simplex et geminatum legitur, illud adhortativum e. g.

Ter Andr. 866. SENEX. *Age* nunciam: ego pol hodie, si vivo, tibi
867. Ostendam, quid erum sit pericli fallere,

Plaut. Cas. 412/413. *Age*, uxor, nunciam || Sorti.

Plaut. Pers. 606. *Age age* nunc tu: in proelium | Vide ut ingrediare auspicato.

ibid. 766. *Age age age* ergo. || Tu, Sagaristio, accumbe in summo.

Sic Plaut. Asin. 39 simplex et geminatum *age* una leguntur: SERVUS. *Age age*, usque excrea. || SENEX. Etiamne? SERV. Age quaeso hercle usque ex penitis faucibus.

---

1) Hic Donatus non illepide animadvertit: τὸ 'sic' nudum est. Et est significatio languoris cuiusdam et lentitudinis.

2) Hic recte Herbst vertit: *so so*.

3) recte idem: das geht wohl.

Alterum deminuens e. g. Plaut. Mil. 1024: *age age*, ut lubet. Terent. Heaut. Tim. 332: *age age*, cedo istuc tuom consilium [1]). In lingua scripta mentem et sonum vocis eius qui loquitur e contextu eruere debemus, sed haec eadem opera facienda est in tractandis rationibus quibus sermo utitur ad animi affectus exprimendos, neque umquam nudis verbis observatis verum erueris. Neque habent verba per se tam certam et circumscriptam significationem quam lexica et ars docendi praebent et ut hominibus legentibus et discipulis occurrat efficiunt [2]). In lingua Belgica ut uno claro et luculento exemplo utar, extat adverbium affirmativum *ja*, quod tamen suspiciose dictum simul umeris labiisque sublatis et fronte contracta idem auditori valet atque negativum *nee*.

Vidimus multos viros doctos quamquam geminationem maxima ex parte affirmationem esse putaverunt, tamen concessisse eam nonnumquam vim deminutivam habere. Etsi iam demonstrasse mihi videor minime ad hanc explicationem decurrendum esse et omnia multo melius explicari, si ex una ratione asseverationis proficiscimur, tamen facere non possum quin indagare coner, quid his hominibus acuminis plenis persuaserit ut ita iudicarent.

Et ut statim dicam quid sentiam, quod repetitionem, quam languorem et lentitudinem (cf. Donat. ad Andr. 804) quandam praebere posse non negaverim, falso semper languorem praebere putaverunt, eos decepit et in errorem duxit. Obliti enim sunt dicta similia saepius repetita praeter languorem et satietatem etiam vigorem inicere posse.

Hoc loco admoneo lectorem narrationis celeberrimae, quam idem auctor iam a me laudatus Multatuli de Saidjah et Adinda scripsit. In hac narratione auctor identidem isdem verbis narrat, quo modo patri Saidjae semper denuo bos adimatur et iam tribus bubus ereptis admonet se iam dixisse narrationem sine ulla varietate

---

1) Bonam comparationem praebet Belgicum 'kòm', quod et adhortative adhibetur etiam geminatum kòm! kòm! et deminutive kòm, geminatum kòm ... kòm!

2) Jac. van Ginneken l. l. § 627: Daarom kan men echter ook zoo terecht zeggen: Geen enkel woord dat geen zinwoord is heeft een vaste beteekenis. Daarom mochten eigenlijk in een woordenboek niets dan zinwoorden worden opgenomen. Men moest toch eens ophouden voor elk woord een abstracte beteekenis te deduceeren, die het niet in de taal, maar alleen in de metaphysica of eenige andere abstracte wetenschap hebben kan.

Fritz Strohmeyer, Der Stil der französischen Sprache, Berlin 1910. Schlagen wir ein ausführliches Wörterbuch der französischen Sprache auf, so sind wir erstaunt über die schier unübersehbare Menge von Bedeutungen, die verba wie faire, mettre, prendre u. a. aufweisen.

fore [1]). At procul dubio magnam suam indignationem lectori inicere voluit repetita identidem narratione.

Nec minus moneo gravitatis ex repetitione ortae, e. g. Ezechiel 16 : 6 [2]), ubi Jahveh enumeratis multis peccatis et miseriis Hierosolyma admonet quomodo sustulerit urbem ex palude squaloris et miseriae et pulchritudine induerit: „Transiens autem per te, vidi te conculcari in sanguine tuo, et dixi tibi, cum esses in sanguine tuo: Vive; dixi, inquam, tibi: In sanguine tuo vive," ubi etiam in textu Hebraico repetitionem ipsis verbis factam legimus, quam translatio publica Nederlandica magna cum fide reddidit.

Porro moneo repetitionis sine varietate in formulis sacris adhibitae, quae profecto gravitatem et dignitatem caeremoniae augent.

Altera causa cur viri docti de vi deminutiva cogitarent, haec fuisse potest quod liberi [3]) et senes repuerascentes verba geminare amant. Sed quis negaverit hanc rationem dicendi horum propriam esse ut affirment aliquid, licet haec nobis debilis et infirma esse videatur. Praeterea si sermo puerorum, senum, populorum in prisco statu viventium, etiam lingua et mente infirmorum nonnumquam non sine fructu adhiberi potest ad aliquid illustrandum, tamen praestat proficisci a sermone communi, qualem homines iusta mente praediti adhibent [4]).

Plerisque locis apud Plautum et Terentium, nec tamen omnibus ubi geminatio adhibetur, maior animi affectus indicari potest comparatis iis locis ubi vox non geminata legitur. Nonnumquam vox non geminata in tali contextu adhibita est ut aeque magnus affectus animi atque ubi vox geminata occurrit, adesse videatur [5]).

---

1) Max Havelaar[5] 1881, Elsevier p. 268: „Toen deze buffel aan Saidjah's vader was afgenomen en geslacht . . . .

Ik heb u gezegd, lezer, dat mijn verhaal eentonig was."

Idem scriptor alia huiuscemodi multa praebet velut in descriptione torrentis 'Banjir', Verspreide Stukken, Amsterdam G. L. Funke, 1875, p. 81 v.v.

2) Hebraice: וָאֹמַר לָךְ בְּדָמַיִךְ חֲיִי וָאֹמַר לָךְ בְּדָמַיִךְ חֲיִי׃ „Statenvertaling": „En ik zeide tot u in uw bloed: Leef; ja, ik zeide tot u in uw bloed: leef!" Non reticendum est LXX nonnullos libros omnesque veteres versiones iterationem omisisse. Mihi quidem contra Kraetzschmar (Kommentar Nowack) aliosque cum contextu iteratio optime congruere videtur, ut cum tota vaticinatione Ezechielis, praesertim cum hoc capite 16, repetitionum earundem cogitationum et criminum referto. Praeterea puto potius in Septuaginta repetitionem omissam esse quam ad paene omnes alios textus additam.

3) Jac. v. Ginneken l. l. § 650.

4) Idem, iam laudatus p. 65.

5) Cf. *age age*. Plaut. Asin. 39, *age* ibid. 40. *Hoc hoc* Plaut. *Bacch.* 1099*a*, *hoc* 1099*b* et Ter. Andr. 860.

Studium igitur asseverationis non ubique adesse apparet. Praeterquam quod metri causa hoc factum esse potest, vis geminationis obsoleta esse videtur. Et in aliis linguis multa verba obsoleta forma occurrunt [1] et in lingua Latina ut *upupa ulula turtur*, in quibus vocabulis utendis is qui loquebatur soni repetitionis non semper meminerat, quamquam haec repetitio soni causa vocis formandae fuit. Sic quoque in vocabulis *quisquis quotquot* c. a. utendis homines posterioris aetatis in iis vim asseverandi initio fuisse memores non fuerunt, praesertim cum aliter atque voces non geminatae adhibitae et pronomina relativa factae sint, sed vis asseverandi ibi obsoleta facta est [2].

Sed desinamus. Ex exemplis Plautinis et Terentianis collatis collegimus nihil obesse quominus vim geminationis affirmativam omnibus locis, ubi non obsoletae formae occurrunt, adesse statuamus. Ex exemplis *so so*, *la la*, *sic sic*, *age age* vidimus iam in his vocabulis non geminatis vim deminutivam inesse quam nonnulli viri docti geminatione adiectam esse putaverunt. Neque ex exemplis e posteriore et priore Latinitate a viris doctissimis Woelfflino, Birtio, Nordeno, Wernickio collatis ulla causa afferri potest quae aliam explicationem amplecti nos cogat. Quid igitur obstat quominus ea explicatio, quae omnes locos aeque facile explicat unice vera habeatur: geminationem esse asseverationem animi affectus iam per vocem non geminatam expressam?

---

1) Papa, mama, joujou, cancan.

2) Ea quae affirmativam vim habeant et vocabula exaggerata obsolescere posse apparet ex vocabulis e notissimis comparativis formatis ut *magister* (*magis*) *minister* (*minus*). Sic in lingua nostra *meerdere* (*meer*), in Germanica *mehrere* (*mehr*), sic Belgicum antiquum *bat* in *beter*, unde iam his annis novum vocabulum formatum *beterder* magis atque magis auditur, ut hic illic *nauwerder*, quod *nauwer* obsolescere videtur, atque item *lagerder*, *hoqerder*, *vluggerder*. Cf. etiam exterior, deterior, dexterior, et quae Wundtius I, 2, p. 575 dicit de vocabulis exaggeratis quibus iuventus Academica utitur: *furchtbar*, *riesig*, *schauderhaft* u. dgl. 'Ursprünglich Produkte jugendlicher Affektsteigerung, haben diese Attribute durch gewohnheitsmäszigen Gebrauch ihren intensiven Gefühlswert verloren'.

CAPUT V.

De Woelfflini disputationis summa.

Woelfflinus examinare orditur, num geminatio in superlativis adiectivorum et adverbiorum in hodierna lingua Italica occurrens cohaerere possit cum geminatione, qualis in lingua Latina erat. Quamquam ei persuasum est geminationem intensivam non esse propriam unius gentis vel nationis, 'elativum' in lingua Italica (i. e. superlativum per geminationem) originem duxisse putat ex lingua Hebraica (Semitica) per scriptores Christianos illamque geminationem in lingua Latina non fuisse[1]). Sed in hac disputa-

---

[1]) Woelfflin l. l. p. 426 al. 1: „Der eigentliche Ausgangspunct der Untersuchung war die Frage, ob die italienische Elativbildung wie *lungo lungo*, *piccolo piccolo* im Lateinischen gleiche oder doch ähnliche Vorläufer habe und ob die Möglichkeit eines Zusammenhanges mit dem Italienischen in den Kreis sprachgeschichtlicher Erwägungen einzuführen sei oder nicht". In fine examinis hanc summam descripsit, p. 485 al. 2: „Damit ist der Stammbaum in eine anständige Höhe hinaufgeführt, und es hat sich, wie zu erwarten war, gezeigt, dass die intensive Gemination nicht Specialeigenthum irgend einer Völkerfamilie ist und dass man überall auf dieses einfache Mittel verfallen konnte; nur in der Häufigkeit des Gebrauches sind gewaltige Unterschiede zu constatieren, und wenn innerhalb des Lateinischen das afrikanische Latein den Löwenantheil in Anspruch nimmt, so liegt es doch sehr nahe einen Einfluss des Punischen anzunehmen. Für einen Zusammenhang der Africitas dagegen mit dem Italienischen ist noch nichts nachgewiesen; war er vorhanden, so ist der Nachweis darum schwierig, weil die Gemination sich mehr in der lebendigen Volkssprache als in der Litteratur festsetzte". P. 484 i. f. „Die Verdoppelung ist mithin (hoc collegit ex geminationibus scripturae Sacrae, ab Augustino versae, et Vulgatae) Hebraismus; man kann vielleicht auch sagen Semitismus, wenn man bei Duval, traité de grammaire syriaque, liest, das Adverb werde durch Verdopplung verstärkt, z. B. *male male* = pessime, *bene bene* = optime". In libro triennio ante edito: Lateinische und romanische Comparation, Erlangen 1879 p. 6 al. 1 Woelfflinus scripserat: „Damit ist wohl bewiesen, dass jene der christlichen Litteratur eigenthümliche Verdoppelung des Positivs auf die Septuaginta (oder auf ein durch Hebraismen affigirtes Griechisch, wie es in Syrien und angrenzenden Ländern gesprochen werden mochte) zurückgeht. Denn im Hebräischen hat man eben nur die Verdoppelung des Positivs zur stärkeren

tione de origine et progressu geminationis Woelfflinus rei lumen me iudice non attulit, cum sibi non constaret. Duas enim opiniones amplexus est, ut homo suae aetatis, quae, cum inter se pugnarent, ei viam veri videndi obstruxerunt.

Altera harum duarum opinionum haec fuit: geminatio est omnium hominum communis non unius gentis propria. Haec est opinio grammaticorum recentiorum nostri temporis, unde ultro colligi poterat: non diu inquirendum esse de origine geminationis e lingua Latina, sed Romanos hanc aeque bene adhibuisse atque Italos hodiernos, illorum cognatos origine et similes indole. Quod rursus probatum erat sat multis exemplis e tota Latinitate congestis.

Atera opinio haec est: nisi argumentis et documentis scriptis inquirere debemus, num ea ratio qua in lingua hodierna Itala 'elativus' formatur, etiam ab antiquis Romanis adhibita sit. Haec est opinio grammaticorum priorum, quos classicos nominabo, qui tantum quod scriptum nobis traditum est — idque potissimum a perpaucis scriptoribus in angusta aetate — linguam esse putant et sermonem vulgarem priorum et posteriorum saeculorum ut incultum neglegunt vel fere eius rationem non habent.

Si nonnullos locos disputationis Woelfflinianae inter se comparabimus, apparebit quomodo haec duplex opinio (quam habere eum ut hominem suae aetatis par erat) eum disputantem confuderit[1]), quamquam ad extremum magis ad classicorum opinionem inclinat. Ita quamquam p. 424 et 485 dicit geminationem omnium linguarum esse, p. 484 sq. contendit geminationem 'intensivam' e lingua Hebraica vel potius Semitica ortam esse, quia *in litteris Hebraicis plura exempla legantur et praesertim quia repetitio geminationis adiectivorum et adverbiorum pro superlativo (elativo) ibi magis inveniatur.* Porro p. 458 al. scribit *unde unde* se iudice in sermone vulgari semper exstitisse et Apuleium et Tertul-

---

Betonung des Begriffes, welche dem Superlativ entspricht, wie in dem bekannten Verse: Heilig heilig ist der Herr Zebaoth.... Warscheinlich aber ist ein Zusammenhang mit jenem christlichen Latein schon deswegen, weil die Ausdrucksweise in die andern romanischen Sprachen nicht übergegangen ist". Haec tamen cum factis prorsus pugnant, cf. Hugo Hultenberg, diss. Upsala 1903: Le renforcement du sens des adjectifs et des adverbs dans les langues romanes', p. 19 al. 2, verba a me laudata p. 96 n. 2.

1) Eadem haec confusio mentis effecisse mihi videtur, ut Woelfflinus in hac disputatione saepissime secum ipse pugnet, cf. p. 426: geminatio est sermonis cotidiani inconditi, p. 490 omnes geminationes (quas affirmativas et rhetoricas nominat, inter quas omnes apud Plautum lectas) ab arte profectas esse dicit. Sic p. 484: geminatio 'intensiva' Latinae linguae propria non est, p. 491 Stilo altiori geminatio deest, p. 427 geminatio in sermone altiore poetarum et pedestri, p. 480 in precibus, et saepius. Sed viri summi verba cavillari nolo.

lianum, qui primi hanc formam denuo receperunt, hanc non e Plauto hausisse. Idem tamen geminationem illam linguae Italae hodiernae e lingua Punica provenisse censet, non e sermone vulgari Latino, quod illa geminatio ad elativum exprimendum apud scriptores Latinos non legatur. Etsi (p. 485) ipse concedit Latinitatem scriptorum Africorum et linguam Italam hodiernam inter se cohaerere nondum demonstratum esse, hoc tamen ita se habere mavult existimare quam linguam Latinam et Italam hodiernam quod ad geminationem attinet inter se cohaerere. Non omnino sermonem vulgarem neglexit, etiam linguam scriptorum Latinorum posteriorum saeculorum examinavit, tum haec inter se cohaerere recte sensit, sed hunc sermonem cotidianum inter linguam Latinam et hodiernam Italam quasi ligamentum esse non sensit, vel si sensit, necessarias et varias conclusiones inde colligere non sustinuit[1].

Postquam disseruit, quomodo Cicero, Seneca philos., Quintilianus bonique scriptores, qui classici dicuntur, sponte id est artis regulis ducti adhibuerint *quisquis* iuxta *quicumque*, haec artificia pro vera lingua habet confirmans, quod ad haec vocabula attinet, *linguam* in medio progressu substitisse[2].

---

1) P. 479 med.: Dass man in der Umgangssprache asyndetisch *longe longe* sagte, lässt schon das Italienische und die Analogie zahlreicher lateinischer Formeln vermuthen; p. 460/61: dass es (*quantus quantus*) in der Volkssprache fortlebte, verbürgt die Stelle Cic. ad Attic. 12, 23, 3 *quantiquanti bene emitur quod necesse est*, die an den alten Cato erinnert, und die pompeianische Inschrift (C. I. 4, 3061), sowie der Gebrauch bei Apuleius Met. 9, 35 *quantulum quantulum* nicht anders zu interpretieren sein wird.

2) P. 450 al 1: Hatte Cicero in den Reden consequent, d. h. an fünfzehn Stellen, an dieser Formel (quoquo modo) festgehalten, so schrieb er doch im Orator § 69 auch *quocumque....*; von dem Philosophen Seneca kann man sogar in Anbetracht der Grösse seines litterarischen Nachlasses sagen, dass er den geminierten Ablativ verworfen, und nur *quocunque modo* oder *quomodocunque* gebraucht hat, während Quintilian als Nachamer Ciceros nach Belieben wechselte.

P. 451 al. 2: Da nun *quisquis* und *quidquid* wie zu Falle gebracht, ja nicht einmal erschüttert werden konnten, so lag es nahe die Doppelformen *quicumque* und *quodcunque* nicht als nutzlose Doppelganger stehen zu lassen, sondern syntactisch zu differenzieren, zunächst so, dass man die eine Form substantivisch, die andere adjectivisch anwandte.

P. 452 al. 1: Dichter und nachklassische Prosaiker lassen beide Formen wechseln.

P. 452 al. 2: Darum darf aber der sorgfältige Stilist die Formen nicht promiscue gebrauchen, da die guten Classiker oft deutlich genug unterschieden haben.

P. 453: Sogar die Dichter suchen trotz der Fesseln des Metrums der Grammatik zu ihrem Rechte zu verhelfen.

P. 453 al. 1: Die Sprachenentwicklung ist somit auf halbem Wege stehen geblieben.

Ut igitur dicam quod sentio, Woelfflinus re confusa neque ad lucem prolata postremo linguam Hebraicam arripuit.

At hac in re non sine iusta causa reprehendendus est, nam recta notitia linguae Hebraicae desideratur. Argumenta enim quibus conclusiones eius nituntur, ab aliis mutuatus est neque ipse collegit. Alioquin enim vix explicandum est, quomodo W. (p. 7 libri qui inscribitur „Die Lateinische und Romanische Comparation") dicere potuerit in lingua Hebraica affirmando inservire participium praesentis et participium perfecti his locis 1 Sam. 2 : 27 et Gen. 22 : 17. Nam neque in lingua Hebraica duo participia praesentis et perfecti *temporis* extant et praeterea in illa lingua non participium affirmationi inservit sed infinitivus absolutus, qui ut par erat, in verbis Hebraicis illis locis 1 Sam. 2 ; 27 et Gen. 22 : 17 legitur (הַגְּלֹה et הַרְבָּה).

Collato autem textu Vulgatae qui 1 Sam. 2 : 27 praebet *revelatus revelatus sum* et Gen. 22 : 17 *multiplicans multiplicabo* facile intellegas Vulgatam pro infinitivis Hebraicis participia perfecti et praesentis dedisse, unde Woelfflinum erravisse linguae Hebraicae assignantem quod revera versionis Latinae est.

Sententia a Woelfflino prolata apud multos viros doctos propter auctoritatem viri summi multum valuit, ita ut disputatio eius semper laudetur, lectore plerumque non monito ut caute ea utatur.

Nonnulli tamen viri explicationem eius iustis argumentis non niti intellexerunt eamque in dubium vocaverunt[1]). Eodem anno 1879 quo liber Woelfflinii qui: „Die Lateinische und Romanische Comparation" inscribitur, prodiit iam J. Ulrich[2]) et G. Koerting[3]) ei

---

1) Birtius l. l. tantum dicit eum rem non exhausisse.

2) Romania VIII. p. 615 L'auteur (Woelfflin) voit dans le redoublement du positif pour former l'„élatif" (comme il appelle le superlatif absolu), c'est à dire dans les expressions comme *freddo freddo*, une influence de l'hébreu. Le fait est que cette manière d'insister sur une idée en redoublant le mot qui l'exprime est commune à beaucoup de langues et ne se borne pas à l'adjectif; Kühn dit dans son journal I, 12: „Doppelt gesagt ist nachdrücklicher gesagt"; cf. l'Allemand: Hinab, hinab in der Erde Ritzen rinnet, rinnet, rinnet dein Blut (Braut von Messina) et l'angl.: „Scrooge went to bed again and thought and thought and thought it over and over and over" (Dickens, Christmas Carol 2.)

3) Zeitschr. für Rom. Phil. III 1879 p. 577 sq. Bildung eines Superlativs durch Verdoppelung des Positivs. Diese Ausdrucksweise ist dem Christl. Latein eigenthümlich, welche dieselbe nach W.'s Ansicht aus dem Hebr. übernahm. Bekanntlich ist in der ital. Umgangssprache eine derartige Doppelsetzung des Adjectivs, bezw. Adverbs sehr beliebt, und dieser Umstand möchte doch die Vermuthung nahelegen, dass wir es hier mit einer originalen Bildung der spätlateinischen Vulgärsprache und nicht mit einem Hebraismus zu thun haben. Ueberhaupt scheint uns W. allzu geneigt zur Annahme von Hebraismen zu-

oblocuti sunt, quamquam frustra, nam in disputatione de geminatione in lingua Latina triennio post edita W. idem protulit[1]). Anno 1903 Hultenberg negavit geminationem in linguis romanicis e lingua Hebraica esse[2]).

Sed et ea quae Woelfflinus de elativo in Hebraica lingua scripsit satis certis fundamentis non nituntur nec magis causae, quibus perductus elativum quem apud scriptores ecclesiasticos legimus e lingua Hebraica desumptum esse putavit. Nam cur putemus elativum non ex ipsa Latina lingua sed ex alia desumptum esse nulla causa est, cum iam nonnulla exempla occurrant, Plautus Bacch. 814 : *O stulte stulte,* Bacch. 323: *Verum verum* nescio, Quintil. decl. mai., decl. 14 § 4 *bene bene* admones, dolor, ne dicam de permultis geminationibus velut *nunc nunc, iam iam, sic sic, tandem tandem, minime minime* et aliis huiuscemodi.

---

sein. Der Einfluss der hebraisirenden Vulgata auf das Vulgärlateinische, bezw. Romanische ist ja ganz ohne Zweifel ein sehr bedeutender gewesen, dennoch aber scheint es geboten, die Uebertragung von Hebraismen in das Romanische nur eben dann anzunehmen, wenn absolut keine andere Erklärung sich bietet. Dies aber ist hier nicht der Fall, denn die steigernde Verdoppelung lässt sich sehr gut als ein natürlich naheliegender und daher im Vulgärlateinischen wie in andern Sprachen spontan entstandener Prozess auffassen.

1) De verbis Ulrichii ipse W. p. 424 haec scripsit: „eine in ihrer Algemeinheit nichts sagende Bemerkung". De verbis Koertingii omnino tacet.

2) Hugo Hultenberg, diss. Upsala 1903, Le renforcement du sens des adjectifs etc. dans les langues Romanes p. 19 al. 2: Quand à la question de savoir quels sont les facteurs qui ont amené dans certaines langues un emploi général du redoublement, je crois qu'on les cherchera en vain dans les circonstances extérieures et historiques. Si une recherche aussi difficile peut être poursuivie avec quelque fruit, ce sera dans les conditions de tempérament et de caractère des peuples qu'il faudra en chercher l'explication. Il s'ensuit de là que je n'attache guère d'importance à la theorie de Wölfflin, d'après laquelle l'origine du redoublement en it. serait due à l'influence du latin de l'église, influencé à son tour par l'hébreu. D'ailleurs, l'assertion alleguée à l'appui de cette manière de parler ne s'observerait pas dans les autres langues romanes, *n'est pas fondée sur les faits.* Haec spectant ad ea quae W. scripserat p. 490 i. f.: Es hält freilich schwer zu glauben dass das Lateinische die Wiederholung der einer Gradation fähigen Worte auch nur in annähernd ähnlichem Umfange gekannt habe wie das Italienische; denn einmal müsste uns, auch wenn die Audrucksweise dem höheren Stile fehlte, die Brieflitteratur, der Roman, die Satire, die Komödie, das Kirchenlatein mehr Beispiele davon erhalten haben, *und dan hätte man auch das Recht zahlreichere Ueberreste im Spanischen und Französischen zu erwarten,* et quae iam laudata sunt p. 93: Warscheinlich aber ist ein Zusammenhang mit jenem christlichen Latein schon deswegen, weil die Ausdrucksweise in die andern romanischen Sprachen nicht übergegangen ist.

Sed etiam si elativus in antiquiore Latinitate non extaret, ex lingua Hebraica minime desumptus esse videretur. Nam quamquam geminatio et variis modis et saepe invenitur, elativus satis raro legitur[1]).

Woelfflinus igitur scriptis Hebraicis non ipsis sed tantum versionibus et libris grammaticam tractantibus usus, eo quod geminatio iterativa saepissime occurrit perductus esse videtur, ut statueret de elativo in lingua Hebraica, quod de geminatione recte statuere potuisset.

Ut finem faciam, me iudice tuto statuere possis geminationem in omnibus linguis inveniri (variato usu ex ingenio cuiusque populi) neque ullam causam esse, cur geminationem qualem se ostendit in 'elativo' linguae Italae a geminatione Latina seiungamus et ex lingua Hebraica ortam esse putemus.

Solus is qui vivum sermonem cotidianum negat magni momenti esse in progressu linguae, eo decurrere potest, ut momento externo tantum tribuat. Itaque Woelfflinus quoque, imbutus

---

1) Quaesivi enim, num in scriptis Hebraicis geminatio ista adiectivorum vel adverbiorum quam Woelfflinus elativum nominat, tanto saepius inveniretur quam in scriptis Latinis, atque comperi eum erravisse perductum, credo, quod scriptis Hebraicis ipsis usus non est, sed tantum versionibus et quod versiones Latinas patrum ecclesiasticorum ex lingua Hebraica ad verbum confectas esse putavit et fortasse etiam quod geminatio iterativa et iteratio singularum litterarum atque eiusdem vocabuli aliquantulum mutati in scriptis Hebraicis saepius occurrit.

Equidem repperi in libro Moysis secundo C. 1—20 septem geminationes quales Woelfflinus intensivas nominat seu affirmativas, in quibus sex nominum substantivorum, unam tantum adiectivi, quae haberi potest in Woelfflini elativis. In Cantico Debborae (Iud. 5) quinque geminationes intensivae occurrunt, omnes substantivorum et verborum, nulla adiectivi vel adverbii. In Cantico Canticorum notavi geminationes duas, ambas verbi. In prophetae Isaiae libro C. 1—40 annotavi sedecim geminationes, in quibus unam tantum sine dubio adiectivi, illud 'Sanctus Sanctus Sanctus' (C. 6 : 3), ceterae sunt geminationes substantivorum, verborum, omnium sententiarum et interiectionum incertae originis. In C. 40—55 undecim annotavi geminationes, in quibus nullam adiectivi seu adverbii. In C. 56—66 unam substantivi, duas verborum, unam totius sententiae. Etiam in libris qui de grammatica Hebraica agunt nonnulla exempla geminationis adiectivi et adverbii sensu elativo afferuntur quae revera huc non pertinent, ut בִּמְאֹד מְאֹד, ubi מְאֹד procul dubio substantivum est; deinde exempla לְדֹר דֹר ubi me iudice de geminatione iterativa magis cogitandum est quam de superlativo, et שָׁלוֹם שָׁלוֹם quod exemplum versionem audacem passum est ut pro superlativo haberetur (= tiefster Friede; Gesenius—Kautzsch, Hebr. Gramm.[28] § 133, k. 1.).

doctrina suae aetatis, qua grammatici *classici* unice vigebant, quamquam Latinitatem posteriorum temporum penitus tractaverat et linguam non mortuam sed vivam et animantem esse putabat, tamen nondum intellexit linguam illam non ipsam esse corpus vivum et animans, sed tantum instrumentum hominum vivorum et animantium [1]). Idcirco neque interpretationem tantum scripta curantem abicere potuit, neque praecepta philosophica de vocabulorum divisionibus logicis utendis pro norma in iudicandis rebus grammaticis adhibere desiit.

---

[1]) Quod iam egregie discere poterat ex operibus virorum doctorum suae aetatis W. D. Whitney (1827—1894) et Rud. von Raumer (1815—1876) aliorumque qui plane ac dilucide id demonstraverunt.

CORRIGENDA ET ADDENDA.

Pag. 59, v. 12 legatur pro Senex: Adulescens (cf. Don. ad Eun. 727).
Pag. 62. i.f.: pro *accedere* lege *accedant*.

LOCI IN HOC OPUSCULO TRACTATI PLAUTINI ET TERENTIANI.

a. Ex Plauto.

b. Ex Terentio.

THESES.

I.

Geminatio est asseveratio affectus animi qui in animo inest etiam antequam indicatus est vocabulo non geminato (Cf. p. 70 al. 2), idque per id quod 'automatismos psychicus' dicitur.

II.

Apud Verg. Aen. V, 137 *haurit* significat: *subducit, tollit.*

III.

Non sufficiunt argumenta e lingua et orthographia petita, quae Leo (Gesch. d. Röm. Literatur p. 6, n. 3) affert, ut demonstret, temporis discrimen esse inter inscriptiones, quae in fibula Praenestina et in vase, quod dicitur Dueni, inveniuntur. Discriminum, quorum linguae regionales causa sunt, rationem non satis habuit.

IV.

Apud Plaut. Stich. 362 *relictas habeo* esse exemplum perfecti periphrastici (= *reliqui*) e contextu orationis efficere nobis licet.

V.

Immerito viri docti, velut Speyer, Plaut. Capt. praef. p. 8, putant Plauti temporibus mores Romanorum nondum corruptos et depravatos fuisse.

VI.

Ex Romanorum et Graecorum libris satis multa testimonia afferri possunt, unde apparet non solum priscis temporibus sed etiam postea homines esse immolatos.

VII.

Immerito Damsteius (Mnem. 42, 399) apud Iuv. I, 85 proponit legendum esse *agit* pro *agunt.*

VIII.

Non probavit K. Lincke (Plato Paulus und die Pythagoraeer, Philol. 70, 511 sqq. a⁰ 1911), quae Marcus de daemonibus narret, ex Platonis Timaeo esse sumpta.

IX.

Probanda est sententia viri cl. Fr. Jacoby existimantis elegiam Romanam ex epigrammate Graeco esse ortam (Rhein. Mus. 60 p. 38—105 a⁰ 1905).

X.

Ovidius vel iam exul vel edicto exilii promulgato Metamorphoses retractavit; cf. Pohlenz, Hermes 1913 p. 1 sqq.

XI.

Veteres aliter de furto litterario iudicaverunt atque nos (Hosius N. J. 1913 p. 176—193).

XII.

Forma primaria senatus consulti ultimi erat ,,uti consules rem publicam defendant'' (Plaumann Klio 1913 p. 321—386).

XIII.

Non semper Josué de Decker in libro qui inscribitur ,,Iuvenalis declamans'' leporem et iocos poetae intellexit.

XIV.

Fr. Leo in libro qui ,,Geschichte d. Röm. Literatur'' inscribitur primus veram historiam litterarum Romanarum praebet.

XV.

In forma *ἐγρήγορα* prima littera *ρ* inserta est aurium causa.

XVI.

Πείρατα τέχνης apud Hom. Od. 3, 433 non significant *instrumenta* sed *insignia* artis.

XVII.

Apud Hom. Od. 10, 305 pro *τ' ὀρύσσειν* legendum censeo *ϝερύσσαι*.

XVIII.

Immerito damnat Steinthal (Gesch. d. Sprachw. bei den Griechen und Römern mit bes. Rücks. auf die Logik, II p. 36 n. 1) illud Xenophonteum: *καὶ οἱ μὲν ⟨ἄλλοι⟩ Ἕλληνες ἰδίᾳ μᾶλλον καὶ φωνῇ καὶ διαίτῃ καὶ σχήματι χρῶνται, Ἀθηναῖοι δὲ κεκραμένῃ ἐξ ἁπάντων τῶν Ἑλλήνων καὶ ⟨τῶν⟩ βαρβάρων* (De Rep. Ath. 2, 8).

XIX.

Id quod Fr. Bechtel (Lexilogus zu Homer, 1914, in vocibus *ἀγρότερος* p. 10 sq. et *ὁπλότερος* p. 252) disserit, valet de omnibus comparativis. Comparativo inest vis adversativa.

Haec vis adversativa in lingua Hebraïca manifesto ostenditur in comparatione expressa per praepositionem מִן־.

XX.

Gradui superlativo inest vis adversativa.

XXI.

In verbis Graecis tradendis incipiendum est a verbis desinentibus in *μι*, idque a forma praesentis et imperfecti medii vel passivi generis.

XXII.

Ten onrechte zoekt Gesenius, Hebr. Grammatik, ed. Kautzsch[28] § 91 m in סוּסוֹתֵינוּ „im Grunde eine doppelte Pluralbezeichnung."

Hier is veeleer te denken aan een analogieformatie naar de manlike woorden, doordat het suffix samen met de status constructus-uitgang van het manlik meervoud gevoeld is als enkel suffix en als zodanig achter het meervoud der vrouwlike woorden gevoegd.

XXIII.

In de z.g. *Hebreeuwse of Bijbelse, of ook superlatieve genitief*, vermeld in de Nederlandse Spraakkunst van C. H. den Hertog[2] I blz. 39, is die genitief-vorm *ingebracht* bij het overbrengen in andere talen. De Hebreeuwse *St. cs* toch kan niet als genitief-vorm worden beschouwd, en de verhoudingen daarin uitgedrukt beslaan een veel ruimer gebied.

XXIV.

De term dageesj forte implicitum (occultum, delitescens) in de Hebreeuwse grammatika wijst op een van de treffendste naieveteiten van de grammaire raisonnée der analogisten, die voornamelik met het geschreven woordbeeld rekening hielden en een gevonden analogie geheel naar de logika wilden doorvoeren.

XXV.

Van taalkundig-pedagogies standpunt verdient het Hebreeuws als onderwijs-vak aanbeveling.

XXVI.

Wanneer taalstudie zich uitsluitend richt op een klassieke letterkundige periode, dan is eenzijdigheid in de taalbeschouwing en wanbegrip omtrent het wezen van 'taal' een onvermijdelik gevolg. Bij een dieper gaande studie van de klassieke talen mag noch de vergelijkende Indogermaanse taalwetenschap noch het latere stadium dier talen geheel verwaarloosd worden.

XXVII.

Quintil. Inst. Or. I, 6, 27 . . . . 'quare mihi non invenuste dici videtur, aliud esse latine, aliud grammatice loqui', geldt voor iedere taal, waar het gebruik niet de enigste maatstaf is voor de grammatika.

XXVIII.

Bij het beoordelen, of bij het gebruiken van vreemde woorden in een taal van misbruik moet worden gesproken, dient vooral gelet te worden op het *motief* voor de ontlening.

XXIX.

Voor de studie der Semasiologie heeft de woordafleiding slechts ondergeschikte betekenis. Terecht is dus gezegd: Verba valent usu.

XXX.

Reeds Chrysippus schijnt geheel het wezen der Semasiologie te hebben doorzien in: Omne verbum ambiguum natura esse, quoniam ex eodem duo vel plura accipi possunt (Gell. N. A. XI, 12).

XXXI.

't Woord „uitspraak" (van een woord) veronderstelt de prioriteit van de letter. Bij het taalonderwijs is dus die term te vermijden.

